# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Biblia, lat

**Menardus <Eisnacensis>**

**[Basel], 8. Sept. 1477**

Primvs Regvm


urn:nbn:de:bsz:31-295433



Visual Library

ꝑtitionem tuã quam rogaſti eũ· At illa di
xit· Vtinã inueniat ancilla tua gratiã ĩ ocu
lis tuis· Et abijt mulier in viam ſuã et co-
medit: vultuſqꝫ illiꝰ non ſunt ampliꝰ in di-
uerſa mutati· Et ſurrexerũt mane· ⁊ adora
uerũt coram dño: reuerſiqꝫ ſunt et venerũt
in domũ ſuã ramatha· Cognouit autẽ hel-
chana annã vxorem ſuã: et recordatus eſt
eius dñs· Et factũ eſt poſt circulũ dierum·
cõcepit anna et peperit filiũ· vocauitqꝫ no
men eius ſamuel: eo ꝙ a dño poſtulaſſet eũ
Aſcendit aũt vir eiꝰ helchana et oĩs domꝰ
eius· vt imolaret dño hoſtiã ſolẽnem· et vo
tum ſuũ: et anna nõ aſcendit· Dixit enĩ vi-
ro ſuo· Non vadam donec ablactet̃ infans·
⁊ ducã eũ vt appareat ante conſpectũ dñi·
et mãeat ibi iugiter Et ait ei helchana vir
ſuus· Fac quod tibi bonũ videtur: et mane
donec ablactes eũ p̃corqꝫ vt impleat domi-
nus verbũ tuũ· Manſit ergo mulier ⁊ lacta
uit filiũ ſuuꝫ: donec amoueret eum a lacte·
Et adduxit eũ ſecũ poſtq̃ ablactauerat in
vitulis tribꝰ et tribꝰ modijs farine et ãpho
ra vini: et adduxit eũ ad domũ domini in ſy
lo· Puer aũt erat adhuc infantulus· Et i-
molauerũt vitulũ· et obtulerũt puerũ heli·
Et ait anna· Obſecro mi dñe· viuit anima
tua dñe· Ego ſum illa mulier que ſteti co-
ram te hic· orãs dñm ꝓ puero iſto · Oraui:
et dedit michi dñs petitiõem meam quam
poſtulaui eũ· Idcirco et ego comodaui eũ
dño: cũctis diebꝰ q̃bus fuit accomodatus
dño· Et adorauerũt ibi dñm· Et adorauit an
na et ait· ¶ CA· ·II

EXultauit cor meũ in dño: et exal-
tatũ ẽ cornu meũ in deo meo· Dila
tatũ eſt os meũ ſup inimicos meos:
quia letata ſum in ſalutari tuo· Non eſt ſã
ctus vt eſt dñs· neqꝫ enĩ eſt alius extra te:
et nõ eſt fortis ſicͭ deus noſter· Nolite mul
tiplicãe loqui ſublimia: gloriãtes· Recedãt
vetera de ore veſtro quia deus ſciẽtiaꝝ dñs
eſt· et ipſi ꝑparantur cogitatiões Arcꝰ for
tiũ ſuperatꝰ eſt: et infirmi accincti ſũt robo
re· Saturati ꝓ̃us ꝓ panibꝰ ſe locauerũt· et
famelici ſaturati ſunt· Donec ſterilis pepe-
rit plurimos· et que multos habebat filios
infirmata eſt· Dñs mortificat et viuificat·
deducit ad inferos et reducit· Dñs paupe-
rẽ facit et ditat: humiliat et ſubleuat· Su

ſcitat de puluere egenum· et de ſtercore ele
uat pauperẽ: vt ſedeat cũ pñcipibꝰ: et ſoliũ
glorie teneat· Dñi enĩ ſunt cardines terre·
et poſuit ſup eos orbem· Pedes ſanctoꝝ ſu
orũ ſeruabit· et impij in tenebris oticeſcẽt:
quia nõ in fortitudine ſua roborabitur vir·
Dñm formidabũt aduerſarij eiꝰ: et ſup ip
ſos in celis tonabit· Dñs iudicabit fines t̃
re· et dabit imperiũ regi ſuo· et ſublimabit
cornu criſti ſui· Et abijt helchana in rama-
tha· in domũ ſuam· Puer aũt erat miniſter
in ↄſpectu dñi: ante faciem heli ſacerdotis·
Porro filij heli· filij belial· neſciẽtes dominũ·
neqꝫ officiũ ſacerdotũ ad ꝑplm: ſed quicũqꝫ
imolaſſet victimã· veniebat puer ſacerdotis
dũ coquerent̃ carnes· et habebat fuſcinu-
lam tridentẽ in manu ſua: et mittebat eam
in lebetem vel in caldariã· aut in ollam ſi-
ue in cacabum et omne quod leuabat fu
ſcinula: tollebat ſacerdos ſibi Sic faciebãt
vniũſ oi iſrahel· venientiũ in ſilo· Etiam an-
teq̃ adolerent adipem veniebat puer ſacdo
tis: et dicebat imolanti Da michi carnem:
vt coquã ſacerdoti· Nõ enĩ accipiã a te car
nem coctam· ſed crudam Dicebatqꝫ illi im
molans Incendat̃ p̃mũ iuxta morẽ hodie
adeps: et tolle tibi quantumcũqꝫ deſiderat
anima tua· Qui rñdens aiebat ei Nequaq̃
Nũc enĩ dabis: alioquin tollam vi· Erat er
go peccatũ puerorũ grande nimis coraꝫ do
mino: quia detrahebãt homĩes ſacrificio do
mini· Samuel aũt miniſtrabat añ faciẽ do
mini puer accinctꝰ ephot lineo· Et tunicaꝫ
puam faciebat ei mater ſua: quã afferebat
ſtatutis diebꝰ aſcendens cũ viro ſuo: vt im
molaret hoſtiã ſolẽnem et votum ſuũ· Et be
nedixit heli helchane et vxori eius · dixitqꝫ
ei· Reddat tibi dñs ſemẽ de muliere hac: ꝓ
fenore quod comodaſti dño· Et abierũt in
locum ſuũ· Viſitauit ergo dñs annã ⁊ ↄce-
pit: et peperit tres filios et duas filias · Et
magnificatus eſt puer ſamuel apud dñm·
Heli aũt erat ſenex valde· et audiuit omnia
que faciebãt filij ſui vniũſo iſraheli: et quo
mõ dormiebant cũ mulieribꝰ que obſerua-
bant ad hoſtiũ tabnaculi: et dixi eis· Qua-
re facitis res huiꝰcemodi quas ego audio
res peſſimas ab omni ꝑplo: Nolite filij mei
Nõ enĩ eſt bona fama quã ego audio: vt tñſ
gredi faciatis ꝑplm dñi· Si peccauerit vir

in virū· placari poteſt ei deus· ſi aūt in domi
no peccauerit vir· quis orabit ꝓ eo? Et nō
audierūt vocem patris ſui: quia voluit dn̄s
occidere eos· Puer autē ſamuel ꝓficiebat
atq; creſcebat: ⁊ placebat tā deo q̄ homini
bus· Venit aūt vir dei ad heli: et ait ad eū
Hec dicit dn̄s· Nūquid non apte reuelat⁹
ſum domui patris tui cū eſſet i egipto in do
mo pharaonis: ⁊ elegi eū ex omnib⁹ tribu-
bus iſrahel michi in ſacerdotē· vt aſcēderet
ad altare meū· et adoleret michi incenſū·
et portaret ephot coram me· et dedi domui
patris tui oīa de ſacrificijs filiorū iſrahel·
Quare calce abieciſtis victimā meā· et mu
nera mea· que p̄cepi vt offerent̄ in tēplo: ⁊
magis honoraſti filios tuos q̄ me· vt come
deretis p̄micias· omnis ſacrificij iſrl̄ populi
mei? Propterea ait dn̄s de⁹ iſrl̄· Loquens
locut⁹ ſum· vt dom⁹ tua ⁊ dom⁹ patris tui
miniſtraret in ɔſpectu meo: vſq; in ſempit̄-
nū· Nunc aūt dicit dn̄s· Abſit hoc a me· Sꝫ
quicūq; honorificauerit me glōificabo eū:
qui aūt ɔtemnūt me erunt ignobiles· Ec-
ce dies veniūt: et p̄ſcidam brachiū tuū· et
brachiū dom⁹ patris tui: vt non ſit ſenex in
domo tua· Et videbis emulū tuū in templo
in vniūſis ꝓſperis iſrahel: et nō erit ſenex in
domo tua omnib⁹ dieb⁹· Verūtamē non au
feram virū penit⁹ ex te ab altari meo: ſꝫ vt
deficiant oculi tui· et tabeſcat anima tua· ⁊
ꝑs magna dom⁹ tue morient̄ cū ad virilē eta
tem venerit· Hoc aūt erit tibi ſignū quod
venturū eſt duob⁹ filijs tuis ofni et finees·
In die vno morient̄ ambo· Et ſuſcitabo mi
chi ſacerdotē fidelem qui iuxta cor meū et
animā meam faciet: et edificabo ei domum
fidelem: et ambulabit corā criſto meo cun-
ctis dieb⁹ Futurū eſt aūt· vt quicūq; remā
ſerit i domo tua veniat vt oret̄ ꝓ eo: et offe
rat nūmū argenteum et tortam panis di-
catq;· Dimitte me obſecro ad vnā ꝑtē ſac
dotalē: vt comedā bucellā panis· ¶ CA· III·

Puer aūt ſamuel miniſtrabat domio
coram heli: et ſermo dn̄i erat p̄cio
ſus· In dieb⁹ illis nō erat viſio ma
nifeſta· Factū eſt ergo in die quadā heli ia
cebat in lectulo ſuo: ⁊ oculi ei⁹ caligauerāt:
nec poterat videre lucernā dei anteq̄ ext̄in
gueret̄· Samuel aūt dormiebat in tēplo do
mini· vbi erat archa dei· Et vocauit dn̄s ſa
muel· Qui rn̄dens ait· Ecce ego Et cucur
rit ad heli· et dixit Ecce ego· Vocaſti enim
me· Qui dixit Non vocaui te filij· Re uerte
re et dormi· Et abijt et dormiuit Et adiecit
rurſum dn̄s vocare ſamuel Cōſurgenſq; ſa
muel abijt ad heli: et dixit· Ecce ego: quia
vocaſti me· Qui rn̄dit· Non vocaui te fili mi
Reūtere et dormi· Porro ſamuel necdū ſci
ebat dn̄m: neq; reuelat⁹ fuerat ei ſermo do
mini· Et adiecit dn̄s: et vocauit adhuc ſa-
muel t̄cio· Qui ɔſurgens abijt ad heli: ⁊ ait
Ecce ego: quia vocaſti me· Intellexit ergo
heli quia vocaret dn̄s puerū: ⁊ ait ad ſamu
el· Vade et dormi: et ſi deinceps vocauerit
te dices· Loquere dn̄e: quia audit ſeru⁹ tu
us· Abijt ergo ſamuel et dormiuit in loco
ſuo· Et venit dn̄s et ſtetit: et vocauit ſic vo-
cauerat ſecūdo· Samuel ſamuel· Et ait ſa-
muel· Loquere dn̄e: quia audit ſeru⁹ tuus·
Et dixit dn̄s ad ſamuel Ecce ego facio ver
bū in iſrahel: quod quicūq; audierit tinniēt
ambe aures eius· In die illa ſuſcitabo adū
ſum heli oīa que locut⁹ ſum ſup domū eius·
Incipiā et complebo· Predixi eīm ei q̄ iu-
dicatur⁹ eſſem domū eius in eternū ꝓpter i
ſquitatem: eo q̄ nouerat indigne agere fi-
lios ſuos: et nō corripuit eos· Idcirco iura
ui domui heli: q̄ non expietur iniq̄tas eius
victimis et munerib⁹· vſq; in eternū· Dor
miuit aūt ſamuel vſq; mane: apuitq; hoſtia
dom⁹ dn̄i· Et ſamuel timebat indicare viſi
onem heli· Vocauit ergo heli ſamuelem· et
dixit Samuel· fili mi· Qui rn̄dens ait· Pre
ſto ſum· Et interrogauit eū· Quis eſt ſmo
quem locut⁹ eſt dn̄s ad te? Oro te ne cela
ueris me· Hec faciat tibi deus ⁊ hec addat:
ſi abſconderis a me ſermōem ex omnib⁹ ver
bis que dicta ſunt tibi· Indicauit itaq; ei
ſamuel vniūſos ſermōes: et nō abſcōdit ab
eo· Et ille rn̄dit· Dn̄s eſt· Quod bonū eſt in
oculis ſuis faciat· Creuit aūt ſamuel· et do-
min⁹ erat cū eo: et nō cecidit ex oīb⁹ dieb⁹
ei⁹ in terrā· Et cognouit vniūſus iſrahel a
dan vſq; berſabee: q̄ fidelis ſamuel ꝓpheta
eſſet domī· Et addidit dn̄s vt appareret in
ſilo: q̄m reuelat⁹ fuerat domin⁹ ſamueli in
ſilo iuxta verbū domini· et euenit ſmo ſamu
elis vniūſo iſraheli· ¶ CA· IIII·

Et factū eſt in dieb⁹ illis: cōuenerūt
philiſthijm in pugnam· Egreſſus ē

namqꝫ iſrahel obuiā philiſtijm in ꝓlium: ⁊
caſtrametatus eſt iuxta lapidem adiutorij
Porro philiſtijm venerūt in affec: ⁊ inſtru
xerūt aciem ↄtra iſrahel. Inito autē certa
mine terga vertit iſrahel philiſteis: et ceſa
ſunt in illo certamine paſſim ꝑ agros qua-
ſi quatuor milia viroꝝ. Et reuerſus ē ꝑplus
ad caſtra. Dixerūtqꝫ maiores natu de iſra
hel. Quare pcuſſit nos dominꝰ hodie coraꝫ
philiſtijm? Afferāꝰ ad nos ꝺ ſilo archā fe-
deris dn̄i. et veniat in mediū nr̄i: vt ſaluet
nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ. Miſit ergo
ꝑplus in ſilo: et tulerūt inde archaꝫ federis
dn̄i exercituū ſedentis ſuꝑ cherubin. Erāt
qꝫ duo filij heli cū archa federis dn̄i offni et
finees. Cūqꝫ veniſſet archa federis dn̄i i ca
ſtra. vociferatꝰ eſt oīs iſrahel clamore grā
di: et ꝑſonuit terra. Et audierūt philiſtijm
vocem clamoris: dixerūtqꝫ. Que nam hec ē
vox clamoris magni in caſtris hebreoꝝ: Et
cognouerūt ꝙ archa dn̄i veniſſet in caſtra
Timuerūtqꝫ philiſtijm dicentes. Venit de
us in caſtrā. Et ingemuerūt dicētes. Ve
nobis. Non eñ fuit tanta exaltatio heri et
nudiuſterciꝰ. Ve nobis. Quis nos ſaluabit
de manu deoꝝ ſublimiū iſtorū? Hij ſunt dij:
qui pcuſſerūt egiptū omni plaga in deſer-
to. Cōfortamini et eſtote viri philiſtijꝫ: ne
ſeruiatis hebreis ſicͭ ⁊ illi ſuierūt nobis Cō
fortamini et bellate. Pugnauerūt ergo phi
liſtijm et ceſus eſt iſrl̄: et fugit vnuſquiſqꝫ
in tabernaculū ſuū. Et facta eſt plaga ma-
gna nimis. et ceciderūt de iſrl̄ triginta mi-
lia peditū. et archa dei capta eſt. Duo ꝗꝫ fi
lij heli mortui ſunt ofni et phinees. Currēs
aūt vir de beniamin ex acie venit in ſilo i die
illa: ciſſa veſte et cōſperſus puluere caput.
Cūqꝫ ille veniſſet: heli ſedebat ſuꝑ ſellaꝫ cō
tra viā exſpectans. Erat aūt cor eiꝰ pauēs
ꝓ archa dn̄i Vir āt ille poſtꝙ̄ ingreſſꝰ ē nū
ciauit vrbi: et vlulauit oīs ciuitas. Et audi
uit heli ſonitū clamoris: dixitqꝫ. Quis eſt h̄
ſonitꝰ tumultus huiꝰ? At ille feſtinauit et
venit: et nunciauit heli Heli autē erat no
naginta et octo annoꝝ. et oculi eiꝰ caliga
uerant. et videre nō poterat Et dixit ad he
li ego ſū qui veni de ꝓlio: et ego qui de acie
fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum eſt fili
mi? Reſpondēs aūt ille qui nūciabat. Fugit
inquit iſrl̄ corā philiſtijm: et ruina magna
facta eſt in populo. Inſuꝑ ⁊ duo filij tui mō
tui ſunt ofni et phinees: et archa dei capta
eſt. Cūqꝫ ille nominaſſet archā dei cecidit
de ſella retrorſum iuxta oſtiuꝫ: ⁊ fractis cer
uicibꝫ mortuꝰ eſt Senex eñ erat vir ⁊ grā
deuꝰ: et ipe iudicauit iſrahel q̄draginta an
nis. Nurus aūt eiꝰ vxor phinees ꝑ̄gnans
erat: vicinaqꝫ partui Et audito nūcio ꝙ ca
pta eſſet archa dei. et mortuꝰ eſſet ſocer ſu
us et vir ſuꝰ: incuruauit ſe ⁊ peperit. Irrue
rant eñ in eam dolores ſubiti. In ipo autē
momēto mortis eius dixerūt ei qui ſtabāt
circa eaꝫ Ne timeas: qꝛ filiū peperiſti. Que
non rn̄dit eis: neqꝫ animaduꝰtit. Et vocauit
puerū ychabod. dicens. Trāſlata eſt glo-
ria dn̄i ꝺ iſrahel: q̄a capta eſt archa dei. Et
ꝓ ſocero ſuo et puero ſuo ait. Tranſlata ē
gloria ab iſrl̄: eo ꝙ capta eſſet archa dei.

CA. V.

Philiſtijm aūt tulerūt archam dei:
et aſportauerūt eam a lapide adiu-
torij in azotū. Tulerūtqꝫ philiſtijm archā
dei: et intulerunt eam in templū dagon: et
ſtatuerūt eam iuxta dagon. Cūqꝫ ſurrexiſ
ſent diliculo azotij altera die: ecce dagon
iacebat ꝓnus in terra ante archam dn̄i Et
tulerūt dagon: et reſtituerūt eum in locuꝫ
ſuū. Rurſumqꝫ mane die altera ↄſurgētes:
inuenerūt dagon iacentē ſuꝑ faciem ſuā in
terra coram archa dn̄i. Caput aūt dagon
et due palme manuū eiꝰ abſciſſe erant ſuper
limē. porro dagon ſolus trūcus remāſerat
in loco ſuo. Propt̄ hanc cauſam nō calcāt
ſacerdotes dagon et oīes qui ingrediunt̄
templū eiꝰ ſuꝑ limen dagon in azoto: vſqꝫ
in hodiernū diem. Aggrauata aūt eſt ma-
nus dn̄i ſuꝑ azotios: et demolitꝰ eſt eos Et
pcuſſit in ſecretiore ꝑte natiū azotum et fi
nes eius: et ebullierūt ville ⁊ agri in medio
regionis illiꝰ et nate ſunt mures: et facta ē
ↄfuſio mortis magne in ciuitate. Videntes
aūt viri azotij huiuſcemōi plagam dixerūt
Nō maneat archa dei iſrahel apud nos: q̄-
niam dura eſt manꝰ eiꝰ ſuꝑ nos et ſuꝑ da-
gon deū noſtrū. Et mittētes ↄgregauerūt
oēs ſatrapas philiſtinoꝝ ad ſe: et dixerūt
Quid faciemꝰ de archa dei iſrahel? Rn̄derūt
qꝫ gethei. Circūducatur archa dei iſrl̄. Et
circūduxerūt archam dei iſrl̄. Illis aūt cir
cūducentibꝫ eam. fiebat manꝰ dn̄i dei per



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſingulas ciuitates īfectōis magne nimis
et ꝑcuciebat viros vniuſcuiſqꝫ vrbis a par
uo vſqꝫ ad maiorem:⁊ ꝯputreſcebant ꝓmi
nētes extales eoꝝ. Inierūtqꝫ gethei cōſili
um:et fecerūt ſibi ſedes pelliceas. Miſerūt
ergo archam domi in acharon. Cumqꝫ ve-
niſſet archa dn̄i dei in acharon: exclamaue
rūt acharonite dicentes. Adduxerunt ad
nos archam dei iſrl̄:vt interficiat nos ⁊ po
pulum noſtrū. Miſerūt itaqꝫ:et ꝯgregaue-
rūt oēs ſatrapas philiſtinoꝝ. Qui dixe-
rūt. Dimittite archam dei iſrl̄. et reuertat̄
in locū ſuū:vt non interficiat nos cū popu-
lo noſtro. Fiebat em̄ pauor mortis in ſingu
lis vrbibꝫ:et grauiſſima manꝰ dn̄i dei. Vi-
ri q̄ꝫ qui mortui nō fuerant ꝑcutiebant̄ in
ſecretiore pte natiū:et aſcendebat vlulatꝰ
vniuſcuiuſqꝫ ciuitatis in celum.

CA. VI

FVit ergo archa dn̄i in regiōe phi-
liſtinoꝝ ſeptem mēſibus. ⁊ poſt hec
vocauerūt philiſtijm ſacdotes ⁊ di
uinos dicentes. Quid facıemꝰ de archa dei?
Indicate nob̄:quō remittamꝰ eā ī locū ſu
um. Qui dixerūt. Si remittitis archam dei
iſrahel nolite dimittere eam vacuā:ſed qđ
debetis ei. reddite ꝓ peccato. et tūc curabi-
mini:⁊ ſcietis quare nō recedat manꝰ eius
a vobis. Qui dixerūt. Quid eſt quod ꝓ deli
cto reddere debeamꝰ eis? Rn̄derūtqꝫ illi. Iu
xta numerū ꝓuinciaꝝ philiſtinorum quinqꝫ
anos aureos facietis. et quinqꝫ mures aure-
os:quia plaga vna fuit omnibꝫ vobis et ſa
trapis veſtris. Facietiſqꝫ ſimilitudines ano
rū veſtroꝝ. et ſimilitudines murium qui de
moliti ſunt t̄ram. ⁊ dabitis deo iſrl̄ gloriā:
ſi forte releuet manū ſuā a vobis. ⁊ a dijs ve
ſtris et a terra veſtra. Quare grauatis cor
da veſtra ſic aggrauauit egiptꝰ ⁊ pharao
cor ſuū? Nōne poſtq̄ ꝑcuſſus eſt et tūc di-
miſit eos et abierūt? Nūc ergo arripite et
facite plauſtꝝ nouū vnū:⁊ duas vaccas fe
tas quibus nō eſt impoſitū iugū iungite in
plauſtro. et recludite vitulos earum domi.
Tolletiſqꝫ archā dn̄i et ponetis ī plauſtro:
et vaſa aurea que exſoluiſtis ei ꝓ delicto po
netis in capſellam ad latꝰ eiꝰ. et dimittite
eam vt vadat:et aſpicietis. Et ſiquidem ꝑ
viam finiū ſuoꝝ aſcendit cōtra bethſames
ipſe fecit nobis hoc malū grande. ſin autem
minime:ſciemꝰ quia nequaq̄ manꝰ eius te
tigit nos. ſed caſu accidit. Fecerūt ergo il-
li hoc modo:et tollentes duas vaccas que
lactabāt vitulos iūxerūt ad plauſtꝝ:vitu
loſqꝫ eaꝝ ꝯcluſeruut domi. Et poſuerunt
archam dei ſup plauſtruꝫ:et capſellam que
habebat mures aureos et ſimilitudinē ano
rum. Ibant aūt in directū vacce ꝑ viam q̄
ducit bethſames:⁊ itinere vno gradieban
tur ꝑgentes et mugientes:et non declina-
bāt neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtram. Sed
et ſatrape philiſtijm ſequebant̄. vſqꝫ ad ter
minos bethſames. Porro bethſamite me-
tebant triticū in valle. Et eleuantes ocl'os
ſuos viderūt archam:⁊ gauiſi ſunt cū vidiſ
ſent. Et plauſtrū venit in agrū ioſue beth-
ſamite:et ſtetit ibi. Erat aūt ibi lapis ma-
gnus. Et ꝯciderūt ligna plauſtri:vaccaſqꝫ
impoſuerūt ſup ea olocauſtum dn̄o. Leui-
te aūt depoſuerūt archam dei. et capſellam
que erat iuxta eā in qua erāt vaſa aurea:
et poſuerūt ſup lapidem grandē. Viri autē
bethſamite. obtulerūt olocauſta:et imola-
uerūt victimas in die illa dn̄o. Et quinqꝫ ſa-
trape philiſtinoꝝ viderūt:et reuerſi ſunt in
acharon in die illa. Hij ſūt aūt ani aurei q̄s
reddiderunt philiſtijm ꝓ delicto dn̄o. Azo
tus vnū. gaza vnū. aſcalon vnū. geth vnū.
acharon vnū:et mures aureos ſcđm nūm
vrbiū philiſtinoꝝ quinqꝫ ꝓuinciarū:ab vr-
be murata vſqꝫ ad villaꝫ que erat abſqꝫ mu
ro:et vſqꝫ ad abel magnū. ſup quem poſue-
rūt archam dn̄i:que erat vſqꝫ in illa die in
agro ioſue bethſamitis. Percuſſit aūt do-
minꝰ de viris bethſamitibꝫ eo ꝙ vidiſſent
archam dn̄i:et ꝑcuſſit de populo ſeptuagin
ta viros et quinquaginta milia plebis. Lux
itqꝫ populus eo ꝙ dn̄s ꝑcuſſiſſet plebem pla
ga magna. Et dixerunt viri bethſamite.
Quis poterit ſtare in ꝯſpectu dn̄i dei ſancti
huiꝰ? Et ad quem aſcendet a nob̄? Miſerūt
qꝫ nūcios ad hitatores cariathiari dicētes
Reduxerūt philiſtijm archā dn̄i: deſcēdite
et reducite eam ad vos.

VII.

VEnerūt ergo viri cariathiarim ⁊ re-
duxerūt archam dn̄i:et intulerūt
eam in domū aminadab in gabaa.
Eleazarū aūt filiū eiꝰ ſanctificauerūt:vt
cuſtodiret archam dn̄i. Et factum eſt. ex q̄
die manſit archa dn̄i in cariathiarim:mul-
tiplicati ſunt dies. Erat quippe iam annus

viceſimꝰ· Et requieuit omĩs domꝰ iſrl' poſt
dominũ· Ait aũt ſamuel ad vniuſam domũ
iſrahel dicens· Si in toto corde veſtro reuti
mĩ ad dñm auferte deos alienos de medio
vrm baalim et aſtaroth: et ꝑparate corda
veſtra dño· et ſeruite ei ſoli: et eruet vos de
manu philiſtijm· Abſtulerũt ergo filij iſra
hel baalim et aſtaroth· et ſeruierũt dño ſo
li· Dixit aũt ſamuel· Congregate vniuſuꝫ
iſrl' in maſphat: vt orem ꝓ vobis dñm· Et
ꝯuenerũt in maſphat· Hauſerũtqꝫ aquã et
effuderũt in ꝯſpectu dñi: et ieiunauerunt in
die illa et dixerũt· Tibi peccauimꝰ dñe Iu
dicauitqꝫ ſamuel filios iſrl' in maſphat· Et
audierũt philiſtijm ꝙ ꝯgregati eſſẽt filij iſrl'
in maſphat· et aſcenderũt ſatrape philiſti-
noꝝ ad iſrahel· Quod cũ audiſſent filij iſrl'·
timuerũt a facie philiſtinoꝝ· Dixerũtqꝫ ad
ſamuelem Ne ceſſes ꝓ nobis clamare ad do
minũ deum noſtrũ: vt ſaluet nos de manu
philiſtinoꝝ· Tulit aũt ſamuel agnũ lacten
tem vnũ· et obtulit illđ olocauſtũ integrũ
dño Et clamauit ſamuel ad dñm ꝓ iſrahel·
et exaudiuit eũ dñs· Factũ eſt aũt cũ ſamu
el offerret olocauſtũ philiſteos inire belluꝫ
ꝯtra iſrahel· Intonuit aũt dñs fragõe ma
gno in die illa ſup philiſtijm et exẽruit eos:
et ceſi ſunt a filijs iſrl' Egreſſiqꝫ viri iſrahel
de maſphat ꝑſecuti ſunt philiſteos· et ꝑcuſ-
ſerũt eos vſqꝫ ad locũ qui erat ſubter beth
char· Tulit aũt ſamuel lapidem vnũ et po
ſuit eũ inter maſphat· et intẽ ſen· et vocauit
nomẽ loci illius: lapis adiutorij · Dixitqꝫ·
Hucuſqꝫ auxiliatꝰ eſt nobis dñs · Et humi
liati ſunt philiſtijm· nec appoſuerunt vltra
vt venirẽt in terminos iſrl'· Facta eſt itaqꝫ
manꝰ dñi ſup philiſteos cũctis diebꝫ ſamu-
elis· et reddite ſũt vrbes quas tulerãt phi
liſtijm ab iſrl' iſrli· ab accharon vſqꝫ geth·
et terminos ſuos· Liberauitqꝫ iſrl'· de ma-
nu philiſtinoꝝ: eratqꝫ pax intẽ iſrl' et amor-
reũ· Iudicabat q̃qꝫ ſamuel iſrl' cũctis die-
bus vite ſue· et ibat ꝑ ſingulos ãnos circuĩ
ens bethel et galgala et maſphat: et iudi-
cabat iſrahelem in ſupdictis locis · Reũte
baturqꝫ in ramatha· ibi eñ erat domꝰ eiꝰ:
et ibi iudicabat iſrahelem· Edificauit etiã
ibi altare dño· ¶ CA· VIII·

FActũ eſt aũt cũ ſenuiſſet ſamuel:
poſuit filios ſuos iudices iſrl'· Fuit
qꝫ nomẽ filij eiꝰ ꝓmogeniti iohel et nomen
ſecũdi abija: iudicũ in berſabee· Et non am
bulauerũt filij illiꝰ in vijs eiꝰ· ſed declinaue
rũt poſt auariciã acceperũtqꝫ munera: et ꝑ
uerterũt iudiciũ· Congregati ergo vniuſi
maiores natu iſrahel venerũt ad ſamuelem
in ramatha: dixerũtqꝫ ei · Ecce tu ſenuiſti:
et filij tui nõ ambulant in vijs tuis· Cõſti-
tue nobis regem vt iudicet nos: ſic̃ et vni-
uerſe habent natiões· Diſplicuitqꝫ ſermo ĩ
oculis ſamuelis· eo ꝙ dixiſſent· da nobis re
gem vt iudicet nos Et orauit ſamuel ad do
minũ· Dixit aũt dñs ad ſamueleꝫ· Audi vo
cem populi: in omibꝫ que loquunẽ tibi· Nõ
eñ abiecerũt te ſed me: ne regnem ſup eos·
Iuxta omĩa opa ſua que fecerũt a die qua
e duxi eos de egipto vſqꝫ ad diẽ hanc ſicut
dereliquerũt me ⁊ ſeruierũt dijs alienis: ſic
faciũt etiã tibi· Nũc ergo vocem eoꝝ audi
Verũtñ cõteſtare eos: et ꝑ̄dic eis ius regis
qui regnaturꝰ eſt ſup eos · Dixit itaqꝫ ſa-
muel oĩa verba dñi ad populũ qui petierat
a ſe regem· et ait· Hoc erit ius regis· qui ĩ
peraturꝰ eſt vobis Filios veſtros tollet ⁊ po
net in curribꝫ ſuis· Facietqꝫ ſibi equites ⁊ ꝑ̄
curſores quadrigarũ ſuarũ: et ꝯſtituet ſibi
tribunos et centiones· et aratores agroꝝ
ſuoꝝ ⁊ meſſores ſegetũ· et fabros armorũ
⁊ curruũ ſuorũ· Filias q̃qꝫ veſtras faciet ſibi
vnguentarias · et focarias· et panificas·
Agros q̃qꝫ veſtros et vineas et olíueta op-
tima tollet: et dabit ſeruis ſuis· Sed et ſe-
getes veſtras et vinearũ redditus addeci-
mabit· vt det eunuchis et faml'is ſuis· Ser
uos etiã vr̃os illos ⁊ ancillas· ⁊ iuuenes op
timos et aſinos auferet: et ponet in ope ſuo
Greges q̃qꝫ veſtros addeciabit· voſqꝫ eritis
ei ſerui· Et clamabitis in die illa a facie re-
gis veſtri quẽ elegiſtis vobis· et non exaudi
et vos dñs in die illa: quia petiſtis vobis re
gem· Noluit aũt populꝰ audire vocẽ ſamu-
elis· ſꝫ dixerũt· Nequaq̃ Rex ei erit ſup nos
⁊ eriꝰ nos q̃qꝫ ſic oẽs gẽtes· et iudicabit nos
rex nr̃· et egredieẽ añ nos· et pugnabit bel
la noſtra ꝓ nobis· Et audiuit ſamuel oĩa
verba populi: et locutꝰ eſt ea in auribꝫ dñi·
Dixit aũt dñs ad ſamuelem· Audi vocẽ eo
rum: et ꝯſtitue ſup eos regem· Et ait ſamu
el ad viros iſrahel· Vadat vnuſquiſqꝫ in ci-
uitatem ſuam· ¶ CA· IX·

Et erat vir de beniamin nomie cis·
e filius abiel·filij ſeor·filij bechor·filij
ſareth · filij aphia·filij viri iemini
fortis robore Et erat ei filiꝰ vocabulo ſaul·
electus et bonꝰ:et non erat vir de filijs iſrl̄
melior illo· Ab humero et ſurſum·emiebat
ſup oēm populū· Perierāt aūt aſine cis pa
tris ſaul· Et dixit cis ad ſaul filiū ſuū· Tol=
le tecū vnū de pueris:et ↄſurgens vade et
quere aſinas· Qui cū trāſiſſent ꝑ mōtem ef
fraim et ꝑ terrā ſaliſa et nō inueniſſent:trā
ſierūt etiam ꝑ terrā ſalim et nō erant·ſed ⁊
ꝑ terram iemini:et minime repererūt· Cuȝ
aūt veniſſent in t̄ram ſuph:dixit ſaul ad pu
erū qui erat cū eo· Veni et reuertamur·ne
forte dimiſerit pater meꝰ aſinas:et ſollici=
tus ſit ꝑ nobis· Qui ait ei· Ecce vir dei eſt i
ciuitate hac vir nobilis·omē quod loquit̄·
ſine ambiguitate venit· Nūc ergo eamꝰ il=
luc :ſi forte indicet nobis de via noſtra ꝓpt̄
quam venimꝰ· Dixitqꝫ ſaul ad puerū ſuum
Ecce ibimꝰ· Quid feremꝰ ad virū dei? Pa
nis deficit in ſiſtarcijs noſtris·et ſportulam
non habemꝰ vt demꝰ homini dei:nec quid=
ꝙ alid· Rurſū puer rn̄dit ſauli ⁊ ait Ecce in
uenta eſt in manu mea quarta ꝑs ſtateris
argenti:demꝰ homini dei · vt indicet nobis
viam noſtrā· Olim in iſrl̄ ſic loquebat̄ vnꝰ
quiſqꝫ:vadens ↄſulere deū· Venite ⁊ eamꝰ
ad videntē· Qui eīm ꝓpheta dicit̄ hodie :vo=
cabat̄ olim videns· Et dixit ſaul ad pueruȝ
ſuū· Optimꝰ ſermo tuꝰ· Veni eamꝰ· Et ie
runt in ciuitatē:in qua erat vir dei· Cūqꝫ aſ
cenderēt cliuū ciuitatis inuenerūt puellas
egredientes ad hauriendā aquā:et dixert̄
eis · Nū hic ē videns? Que rn̄dentes dixert̄
illis· Hic eſt· Ecce ante te· Feſtina nūc Ho
die eīm venit in ciuitatē:quia ſacrificiū ē ho
die ꝑpli in excelſo· Ingrediētes vrbem ſta
tim inuenietis eū:anteꝙ̄ aſcendat excelſuȝ
ad veſcendū· Neqꝫ eīm comeſſurus eſt popu
lꝰ donec ille veniat·quia ipē bn̄dicet hoſtie:
et deinceps comedent qui vocati ſunt Nūc
ergo ↄſcendite:quia hodie reperietis eū Et
aſcenderūt in ciuitatem · Cūqꝫ ambularēt
in medio vrbis·apparuit ſamuel egrediēs
obuiam eis:vt aſcenderet in excelſū · Dn̄s
aūt reuelauerat auriculā ſamuelis:an̄ vnā
diem quā veniret ſaul dicens Hac ipa hora
que nunc eſt·cras mittam virū ad te de ter
ra beniamin:et vnges eū ducem ſup popu=
lū meū iſrahel et ſaluabit populū meū d̄ ma
nu philiſtinorū: quia reſpexi populū meum
Venit eīm clamor eoꝝ ad me· Cūqꝫ aſpexiſ=
ſet ſamuel ſaulē:dn̄s dixit ei· Ecce vir queȝ
dixeram tibi · Iſte dn̄abitur populo meo·
Acceſſit aūt ſaul ad ſamuelē in medio por=
te et ait· Indica oro m̄:vbi eſt domus vi=
dentis? Et rn̄dit ſamuel ſauli dicens · Ego
ſum videns · Aſcende an̄ me in excelſum vt
comedas mecū hodie ⁊ dimittam te mane:
⁊ oīa que ſūt in corde tuo indicabo tibi·⁊ de
aſinis quas nudiuſterciꝰ ꝑdidiſti·ne ſolici=
tus ſis·quia inuēte ſunt· Et cuiꝰ erūt ope=
ra queqꝫ iſrahel ? Nōne tibi et omni domui
patris tui? Rn̄dens aūt ſaul ait Nūquid nō
filiꝰ iemini ego ſuȝ de minima tribu iſrahel·
et cognatio mea nouiſſima inter oēs famili
as de tribu beniamin? Quare ergo locutus
es michi ſermōem iſtū? Aſſumens itaqꝫ ſa=
muel ſaulem et pueꝝ eiꝰ·introduxit eos in
tricliniū:et dedit eis locū in capite eoꝝ qui
fuerāt inuitati· Erant eīm quaſi triginta vi
ri Dixitqꝫ ſamuel coco· Da partem quam
dedi tibi:et p̄cepi vt reponeres ſeorſū apd̄
te· Lauauit autē cocꝰ armū:et poſuit ante
ſaul Dixitqꝫ ſamuel· Ecce quod remāſit:po
ne ante te ⁊ comede:quia de induſtria ſua=
tum eſt tibi quādo populū vocaui· Et come
dit ſaul cū ſamueli in die illa · Et deſcende=
rūt de excelſo in opidū·⁊ locutus eſt cū ſau
le in ſolario:ſtrauitqꝫ ſaul i ſolario ⁊ dormi
uit· Cūqꝫ mane ſurrexiſſent et iam dies lu=
ceſceret:vocauit ſamuel ſaulē in ſolario di
cēs· Surge vt dimittā te Et ſurrexit ſaul·
Egreſſiqꝫ ſunt ambo:ipē videlicet et ſamu
el· Cūqꝫ deſcenderēt in extrema ꝑte ciuita=
tis:ſamuel dixit ad ſaul: Dic puero vt an=
tecedat nos et tranſeat · Tu auteȝ ſubſiſte
pauliſꝑ:vt indicem tibi verbū dn̄i·

CAPI· X·

e Tulit aūt ſamuel lenticulā olei·⁊ ef
fudit ſup caput eiꝰ:et deoſculatꝰ
eſt eū et ait· Ecce vnxit te deus ſup heredi
tatem ſuā in principem:et liberabis popu=
lū ſuū de manibꝫ inimicorū eiꝰ qui in circūi
tu eiꝰ ſunt· Et hoc tibi ſignū:q̄a vnxit te de
us in p̄ncipē· Cūqꝫ hodie abieris a me:inue
nies duos viros iux̄ ſepulcrū rachel in fini=
bus beniamin in meridie:dicentqꝫ tibi· In

uente ſūt aſine ad quas ierat⁊ ꝑquirendas:
et intermiſſis pat̄ tuꝰ aſinis ſolicitus eſt ꝓ
vobis. ⁊ dicit quid faciam de filio meo? Cū
q̄ʒ abieris inde. et vltra tranſieris ⁊ veneris
ad quercū thabor. inuenient te tres viri aſ
cēdentes ad deū i bethel: vnꝰ portās tres he
dos. ⁊ aliꝰ tres tortas panis: et aliꝰ portās
lagenā vini. Cūq̄ʒ te ſalutauerint dabūt ti
bi duos panes: et accipies de manu eorum.
Poſt hec venies in collē dn̄i: vbi eſt ſtatio
philiſtioꝝ. Et cū ingreſſus fueris ibi vrbē.
obuiū habebis gregem ꝓphetarū deſcēden
tiū de excelſo: et ante eos pſalteriū et tym-
panū et tibiā et citharam. ipſoſq̄ʒ ꝓphetan-
tes: et inſiliet in te ſpiritꝰ dn̄i et ꝓphetabis
cū eis: et mutaberis in virū aliū. Quādo er
go euenerit ſigna hec oīa tibi. fac quecūq̄ʒ
inuenerit manꝰ tua: quia dn̄s eſt tecū. Et
deſcendes ante me in galgala. Ego quippe
deſcendā ad te: vt offeres oblatiōem ⁊ imo
les victimas pacificas. Septem dieb; ex-
ſpectabis donec veniā ad te: et oſtēdam tibi
que facias. Itaq̄ʒ cū auertiſſet humerū ſu-
um vt abiret a ſamuele. immutauit ei deus
cor aliud et venerūt oīa ſigna hec in die illa
Venerūtq̄ʒ ad ꝑdictū collem: et ecce cune
us ꝓphetaꝝ obuius ei Et inſiliuit ſup eum
ſpiritus dn̄i: et ꝓphetauit in medio eoꝝ. Vi
dentes aūt oēs qui nouerant eū heri et nu-
diuſtercius ꝙ eſſet cū ꝓphetis. ⁊ ꝓphetaret:
dixerūt adinuicē. Que nam res accidit fi-
lio cis? Nū et ſaul inter ꝓphetas? Rn̄ditq̄ʒ
alius ad alteꝝ dicens. Et cis pater eiꝰ. ꝓp
terea verſū eſt in ꝓuerbiū Num et ſaul inter
ꝓphetas? ceſſauit aūt ꝓphetare: et venit ad
exceſū. Dixitq̄ʒ patruꝰ ſaul ad eū ⁊ ad pu
erū eius. Quo abiſtis? Qui rn̄derunt. Que-
rere aſinas. Quas cū nō repperiſſemꝰ. veni-
mus ad ſamuelem. Et dixit ei patruꝰ ſuus
Indica michi. quid dixerit tibi ſamuel. Et
ait ſaul ad patruū ſuū. Indicauit nobis ꝙ
inuente eſſent aſine. De ſermone aūt regni
non indicauit ei: quē locutꝰ fuerat ei ſamu
el Et ꝯuocauit ſamuel populū ad dn̄m i maſ
phat: et ait ad filios iſrahel. Hec dicit dn̄s
deꝰ iſrahel. Ego eduxi iſrahel de egipto. et
erui vos de manu egiptioꝝ: et de manu om
niū regū qui affligebant vos. Vos aūt ho-
die ꝓiecistis dn̄m deū veſtrum: qui ſolus ſal
uabit vos de vniūſis malis et tribulatiōib;
veſtris: et dixiſtis. Nequaq̄: ſed regem cō
ſtitue ſup nos. Nūc ergo ſtate coram dn̄o
per trib; vr̄as et ꝑ familias. Et applicauit
ſamuel omēs trib; iſrahel: et cecidit ſors ſu
per tribū beniamin. Et applicauit tribū be-
niamin et cognatiōes eiꝰ. et cecidit ſup co
gnatiōem metri: et ꝑuenit vſq̄ʒ ſaul filium
cis. Queſierūt ergo eū: et nō eſt inuentꝰ il
lic. Et ꝯſuluerūt poſt hec dn̄m: vtrū nā ven
turꝰ eſſet illuc. Rn̄ditq̄ʒ dn̄s. Ecce abſcōdi
tus eſt domi. Cucurrerūt itaq̄ʒ et tulerunt
eū inde. ſtetitq̄ʒ in medio ꝑpli: et altior fuit
vniūſo populo ab humero ⁊ ſurſū. Et ait ſa
muel ad om̄em populū. Certe videtis quē
elegit dn̄s. qm̄ non ſit ſimil̄ illi in omni ꝑplo
Et clamauit oīs populꝰ. et ait. Viuat rex.
Locutꝰ eſt aūt ſamuel legem regni ad po-
pulū. et ſcripſit in libro et repoſuit corā do-
mino. Et dimiſit ſamuel om̄ēʒ populū ſingu
los in domū ſuā. Sed et ſaul abijt in domū
ſuā in gabaath. Et abijt cū eo ps exercitꝰ.
quoꝝ tetigerat deus corda. filij vero beli-
al dixerūt. Nū ſaluare nos poterit iſte? Et
deſpexerūt eū. et nō attulerūt ei munera. Il
le eñ diſſimulabat ſe audire. CA. XI.
Et factū eſt quaſi poſt mēſem. aſcen
dit naas amonites et pugnare ce-
pit adūſum iabes galaad. dixerūtq̄ʒ
om̄es viri iabes ad naas. Habeto nos fede-
ratos: et ſeruiemꝰ tibi. Et rn̄dit ad eos na
as amonites. In hoc feriā vobiſcū fedꝰ: vt
eruam oīm veſtrū oculos dextros: ponamq̄ʒ
vos opprobriū in vniūſo iſrahel Et dixerūt
ad eū ſeniores iabes. Concede nobis ſeptē
dies. vt mittamꝰ nūcios ad vniūſos t̄minos
iſrahel. ⁊ ſi nō fuerit qui defendat nos egre
diemur ad te. venerūt ergo nūcij in gaba-
ath ſaul. et locuti ſūt verba hec audiēte po
pulo. Et leuauit omīs populus vocem ſuā ⁊
fleuit. Et ecce ſaul veniebat ſequēs boues
de agro ⁊ ait. Quid habet populꝰ ꝙ plorat?
Et narrauerūt ei verba viroꝝ iabes Et in
ſiliuit ſpiritus dn̄i in ſaul cū audiſſet hec ver
ba: et iratꝰ ē furor eius nimis. Et aſſumēs
vtrūq̄ʒ bouem cōcidit in fruſta: miſitq̄ʒ ad
om̄es t̄minos iſrahel ꝑ manū nūcioꝝ dicens
Quicūq̄ʒ nō exierit: et ſecutꝰ fuerit ſaul et
ſamuel: ſic fiet bob; eiꝰ Inuaſit ergo timor
dn̄i populū. et egreſſi ſunt quaſi vir vnꝰ: et
recenſuit eos in bethſech. Fuerūtq̄ʒ filioꝝ

iſrahel trecēta milia: viroꝝ aūt iuda· trigi
ta milia· Et dixerūt nūcijs qui venerāt· Sic
dicetis viris qui ſūt in iabes galaad· Cras
erit vobis ſalus: cū incaluerit ſol· Venerūt
ergo nūcij et nūciauerūt viris iabes · Qui
letati ſunt ⁊ dixerūt Mane exibimꝰ ad vos
et facietis nobis oē quod placuerit vobis
Et factū ē cū dies craſtinꝰ veniſſet ↄſtitu-
it ſaul populū in tres ptes Et ingreſſus eſt
media caſtra in vigilia matutīa· et pcuſſit
āmon vſq; dū incaleſceret dies· Reliq aūt
diſperſi ſunt: ita vt non relinquerenť in eis
duo pariť· Et ait ꝑplus ad ſamuelē· Quis
eſt iſte qui dixit· ſaul nō regnabit ſup nos?
Date viros ⁊ interficiemꝰ eos· Et ait ſaul
Non occidetur quiſq̄ in die hac· quia hodie
fecit dn̄s ſalutem in iſrl'· Dixit aūt ſamuel
ad populū· Venite et eamꝰ in galgala ⁊ in
nouemꝰ ibi regnū· Et prexit oīs populꝰ
in galgala et fecerūt ibi regem ſaul· corā
dn̄o in galgala · Et imolauerunt ibi victi-
mas pacificas corā dn̄o · Et letatꝰ eſt ibi
ſaul et cūcti viri iſrl' nimis· CA· XII·
Dixit aūt ſamuel ad vniūſū iſrahel·
8 Ecce audiui vocem veſtram iuxta
omia que locuti eſtis ad me· et con
ſtitui ſup vos regem· Et nūc rex gradiť añ
vos· Ego autē ſenui et incanui· Porro filij
mei vobiſcū ſunt· Itaq; ↄuerſatꝰ coram vo
bis ab adoleſcentia mea vſq; ad hanc diē:
ecce pſto ſum· Loquimini de me corā dn̄o
et coram cristo eiꝰ: vtrū bouem cuiuſq̄ tu-
lerim aut aſinū· ſi quemq̄ calūniatꝰ ſum · ſi
oppreſſi aliquē· ſi de manu cuiuſq̄ munꝰ ac
cepi· et ↄtemnā illud hodie reſtituāq; vobis
Et dixerūt Non es calūniatꝰ nos· neq; op
preſſiſti· neq; tuliſti de manu alicuiꝰ quippi
am· Dixitq; ad eos· Teſtis eſt dominꝰ ad
uerſum vos et teſtis xp̄us eiꝰ in die hac· qz
non inueneritis in manu mea quippiā· Et di
xerūt Teſtis· Et ait ſamuel ad populū Do
minꝰ qui fecit moyſen et aaron · et eduxit
patres noſtros de terra egipti adeſt· Nunc
ergo ſtate vt iudicio cōtendā adūſum vos
coram dn̄o· de omibꝰ miſericordijs domini·
quas fecit vobiſcū ⁊ cū patribꝰ veſtris· quo
modo iacob ingreſſus eſt in egiptū· et cla-
mauerūt patres veſtri ad dn̄m· ⁊ miſit dn̄s
moyſē ⁊ aaron· et eduxit patres veſtros de
egipto et collocauit eos in loco hoc Qui ob
liti ſunt dn̄i dei ſui · et tradidit eos in manu
ſiſare magiſtri militie aſor et in manu phili
ſtinoꝝ· et in manu regis moab· et pugna-
uerūt aduerſū eos· Poſtea aūt clamauerūt
ad dn̄m· et dixerūt· Peccauimꝰ· quia dere
liquimus dn̄m · et ſuiuimꝰ baalim· et aſta-
roth· Nūc ergo erue nos de manu inimico-
rū noſtroꝝ· et ſeruiemꝰ tibi· Et miſit dn̄s
ierobaal et badā· et ſamſon· et barach· ⁊ ie
pte· et ſamuel· ⁊ eruit vos de manu inimico
rū veſtroꝝ p circuitum· et habitaſtis ↄfidē
ter· Videntes aūt q naas rex filioꝝ āmon
veniſſet adūſū vos· dixiſtis michi nequaq̄·
ſed rex imperabit nobis· cū dn̄s deus veſter
regnaret in vobis· Nūc ergo pſto ē rex · ve
ſter quem elegiſtis et petiſtis Ecce dedit vo
bis dn̄s regem Si timueritis dn̄m et ſerui
eritis ei et audieritis vocem eiꝰ· et non exa
ſperaueritis os dn̄i · eritis et vos et rex qui
imperat vobis ſequētes dn̄m deū noſtrum·
Si aūt non audieritis vocem dn̄i· ſꝫ exaſpe
raueritis ſermones eius· erit manꝰ dn̄i ſup
vos et ſup patres veſtros· Sed et nūc ſtate
et videte rem iſtā grandē· quā facturꝰ eſt
dn̄s in ↄſpectu veſtro· Nūquid nō meſſis tri
tici eſt hodie? Inuocabo dn̄m et dabit vo-
ces et pluuias· et ſcietis ⁊ videbitis q̇a grā
de feceritis vobis malum in ↄſpectu dn̄i· pe-
tentes ſup vos regem· Et clamauit ſamuel
ad dn̄m et dedit dn̄s voces ⁊ pluuias in illa
die· Et timuit oīs populus nimis dn̄m· ⁊ ſa
muelem· Et dixit vniūſus populus ad ſamu
elem · Ora p ſeruis tuis ad dn̄m deum tuū·
vt non moriamur · Addidimus eñ vniūſis
peccatis noſtris malū· vt peteremus nobis
regem· Dixit aūt ſamuel ad populū Nolite
timere Vos feciſtis vniūſum malū hoc Ve
rūtamē nolite recedere a tergo dn̄i· ſed ſer
uite dn̄o in omni corde veſtro· et nolite decli
nare poſt vana que nō ꝓderunt vobis · neq;
eruēt vos· quia vana ſunt · et nō derelinqt
dominꝰ populū ſuū· ꝓpť nomē ſuū magnū·
quia iurauit dn̄s facere vos ſibi populū Ab
ſit aūt a me hoc peccatū in dn̄o· vt ceſſē ora
re p vobis· et docebo vos viam rectā et bo-
nam· Igiť timete dominū· et ſuite ei in veri
tate· et ex toto corde veſtro· Vidiſtis enim
magnifica· que in vobis geſſerit dominus·
Qđ ſi pſeueraueritis in malicia et vos ⁊ rex
veſter pariter peribitis· CA· XIII·

Filius vniꝰ anni erat ſaul cũ regna
f re cepiſſet· duobꝫ aũt ãnis regna
uit ſup iſrl'· Et elegit ſibi ſaul tria
milia de iſrahel Et erãt cũ ſaul duo milia in
machmas et in mõte bethel· mille aũt cũ io
natha· in gabaa beniamin Porro ceterum
populũ remiſit vnũquẽqꝫ in tabnacula ſua·
Et ꝑcuſſit ionathas ſtatiõem philiſtinoꝝ
que erat in gabaa· Quod cũ audiſſent phi
liſtijm· ſaul cecinit buccina in omni terra
dicens· Audiãt hebrei· Et vniũſus iſrahel
audiuit· huiuſcemõi famã· ꝑcuſſit ſaul ſta-
tiõem philiſtinoꝝ Et erexit ſe iſrahel adũ-
ſus philiſtijm· Clamauit ergo populꝰ poſt
ſaul in galgala· et philiſtijm ↄgregati ſũt
ad ꝓliandũ ↄtra iſrahel· triginta milia cur
ruũ· et ſex milia equitũ· et reliquũ vulgus
ſicͣ arena que ẽ in litore maris plurima· Et
aſcendentes caſtrametati ſunt in machias·
ad orientem bethauẽ· Quod cũ vidiſſẽt vi
ri iſrl' ſe in arco poſitos· afflictꝰ eñ erat po-
pulus et abſconderũt ſe in ſpelũcis et in ab
ditis· in petris quoqꝫ et in antris et in ciſternis
Hebrei aũt trãſierũt iordanen· ẽram gad
et galaad· Cũqꝫ adhuc eſſet ſaul in galga
la· vniũſus populus ꝑterritꝰ eſt qui ſeque-
batur eũ· Et exſpectauit iuxta placitũ ſa-
muelis ſeptem diebꝫ· et non venit ſamuel in
galgala Dilapſuſqꝫ eſt ꝓplus ab eo· Ait er
go ſaul· Afferte michi olocauſtũ et pacifi
ca· Et obtulit olocauſtũ Cũqꝫ cõpleſſet of
ferens olocauſtũ· ecce ſamuel veniebat Et
egreſſus ẽ ſaul obuiã ei· vt ſalutaret eũ· Lo
cutuſqꝫ eſt ad eũ ſamuel· Quid feciſti· Rñ-
dit ſaul· Quia vidi ꝙ ꝓplus dilaberet̃ a me·
et tu nõ veneras iuxta placitos dies· porro
philiſtijm ↄgregati fuerãt in machmas· di
xi· Nũc deſcendent philiſtijm ad me in gal-
gala· et faciẽ dñi nõ placaui· Neceſſitate ↄ
pulſus· obtuli olocauſtũ dño Dixitqꝫ ſamu
el ad ſaul· Stulte egiſti· nec cuſtodiſti mã-
data dñi dei tui que p̃cepi tibi· Quod ſi nõ
feciſſes· iam nũc ꝓparaſſet dñs regnum tuũ
ſup iſrahel in ſempiternũ· Sed nequaqꝫ re
gnũ tuũ vltra ↄſurget· Queſiuit ſibi dñiꝰ
virũ iuxta cor ſuũ· et p̃cepit ei dñs vt eſſet
dux ſup populũ ſuũ· eo ꝙ non ſuaueris que
p̃cepit dñs Samuel ãt ſurrexit· et aſcẽdit
de galgalis· in gabaa beniamin· Et reliqui
populi aſcenderũt poſt ſaul· obuiã populo· q̃
expugnabãt eos· veniẽtes d' galgala in ga
baa in colle beniamin· Et recenſuit ſaul po-
pulũ qui inuẽti fuerãt cũ eo· quaſi ſexcẽtos
viros· ⁊ ſaul et ionathas filiꝰ eius· populꝰ
qꝫ qui inuẽtus fuerat cũ eis· erat in gabaa
beniamin· Porro philiſtijm ↄſederãt in ma
chmas Et egreſſi ſũt ad ꝓliandũ de caſtris
philiſtioꝝ tres cunei Vnꝰ cuneus ꝑgebat
ↄt̃ effrai ad ẽram ſaul· Porro aliꝰ ingredi
ebat̃ ꝑ viã bethoron· Terciꝰ ãt verterat ſe
ad iter ẽmini i ẽra ſabaa immẽris vall' ſeboi
ↄtra deſertũ· Porro faber ferrariꝰ nõ inue
niebat̃ in omni terra iſrl'· Cauerãt eñ phi
liſtijm· ne forte facerent hebrei gladiũ aut
lanceã· Deſcẽdebat ergo oĩs iſrl' ad phili-
ſtijm vt acueret vnuſquiſqꝫ vomerẽ ſuũ ⁊ li
gonẽ et ſecurim et tridentẽ et ſarculũ· Re-
tuſe itaqꝫ erãt acies vomerũ et ligonũ ⁊ tri
dentiũ et ſecuriũ· vſqꝫ ad ſtimulũ corrigen
dũ· Cũqꝫ veniſſet dies ꝓlij· nõ eſt inuentus
enſis et lãcea in manu tocius ꝓpli qui erat
cũ ſaul et ionatha filio eiꝰ· Excepto ſaul et
ionatha filio eius· Egreſſa eſt aũt ſtatio
philiſtijm· vt trãſcẽderet i machias·

CAPI· XIIII·

e Et accidit in quadam die· vt dice
xiſtis iſtũ vt fureret me pñte? Dimittite il
lum hinc:ne ingrediatur domũ meam·

CAPI· XXII·

a Abijt ergo dauid inde:et fugit i ſpe
luncam odollã· Quod cũ audiſſent
fratres eius ⁊ omnis domus patris eius:de
ſcenderunt ad eũ illuc· Et ꝯuenerũt ad eum
oẽs q̃ erãt in anguſtia ꝯſtituti·⁊ oppꝛeſſi ere
alieno et amaro animo:⁊ factꝰ eſt eorum pri
ceps· Fueruntqꝫ cũ eo quaſi quadringẽti vi
ri· Et ꝓfectus eſt dauid inde in maſphat·q̃
eſt moab· Et dixit ad regem moab· Mane
at oro pater meꝰ et mater mea vobiſcũ:do
nec ſciam quid faciat michi deus· Et reliq̃t
eos an̄ faciem regis moab· Manſeruntqꝫ
apud eũ:cũctis diebus quibꝰ dauid fuit in
pñſidio· Dixitqꝫ gath ꝓpheta ad dauid· No
li manere in pñſidio· Proficiſcere et vade in
terram iuda· Et ꝓfectus eſt dauid:⁊ venit
in ſaltũ areth Et audiuit ſaul quod apparuiſ=
ſet dauid:⁊ viri q̃ erant cũ eo Saul aũt cũ
maneret in gabaa ⁊ eſſet in nemore q̃d ẽ in
rama·haſtam manu tenẽs·cũctiqꝫ ſerui eiꝰ
circũſtarent eum: ait ad ſeruos ſuos qui aſ
ſiſtebãt ei Audite me nũc filij gemini Nũ=
q̃d oĩbꝰ vobis dabit filius yſai agros ⁊ vi
neas et vniuerſos vos faciet tribunos ⁊ cẽ
turiones :quoniã ꝯiuraſtis omnes aduẽſum
me·et nõ eſt q̃ m renũciet maxime cũ ⁊ fi
lius meꝰ fedꝰ iunxerit cũ filio yſai? Non ẽ
qui vicem meam doleat ex vobis·nec qui ã
nũciet michi:eo quod ſuſcitauerit filius meus
ſeruũ meũ aduerſũ me inſidiantẽ michi vſqꝫ
hodie· Rñdens aũt doech ydumeꝰ qui aſſiſte
bat·et erat pꝛimus inter ſeruos ſaul: vidi in
q̃t filiũ yſai in nobe·apud achimelech fili
um achitob ſacerdotem· Qui ꝯſuluit ꝓ eo do
minũ:et cibaria dedit ei Sed et gladiũ go
liath philiſtei dedit illi Miſit ergo rex ad accẽ
en dũ achimelech ſacerdotem filiũ achitob:
et omnẽ domũ patris eius ſacerdotum qui
erant in nobe· Qui vniũſi venerũt ad regem
Et ait ſaul ad achielech· Audi fili achitob·
Qui rñdit· Preſto ſum dñe· Dixitqꝫ ad eũ
ſaul· Quare ꝯiuraſtis aduerſũ me tu ⁊ filiꝰ
yſai:et dediſti ei panes et gladiũ et ꝯſului=
ſti ꝓ eo dominũ: vt ꝯſurgeret aduerſum me
inſidiator vſqꝫ hodie ꝑmanens? Reſpondenſ
qꝫ achimelech regi ait Et quis in omnibus
ſeruis tuis ſic dauid fidelis et gener regis ⁊
ꝑgens ad imperiũ tuum:et glorioſus in do
mo tua? Nũ hodie cepi cõſulere ꝓ eo domi=
nũ? Abſit hoc a me· Ne ſuſpicet̃ rex aduer=
ſum ſernũ ſuũ rem huiuſcemodi:in vniuer
ſa domo patris mei· Nõ enĩ ſciuit ſeruus tu
us quicquam ſup hoc negotio: vel modicum vel
grãde Dixitqꝫ rex Morte morieris achime
lech:tu et omnis domꝰ patris tui· Et ait
rex emiſſarijs qui circũſtabant eũ· Conuer
timini:et interficite ſacerdotes dñi· Nam
manus eorum cum dauid eſt: ſcientes quod fugiſ
ſet et nõ indicauerũt michi Noluerũt aũt
ſerui regis extendere manꝰ ſuas in ſacerdo
tes dñi Et ait rex ad doech Conuertere tu
et irrue in ſacerdotes dñi· Cõuerſuſqꝫ doech

ydumeus irruit in ſacerdotes: ⁊ trucidauit
in die illa· octogintaquinꝗ viros veſtitos
ephot lineo Nobe aũt ciuitatem ſacerdotũ
ꝑcuſſit i ore gladij: viros ⁊ mulieres ⁊ par
uulos et lactantes·bouemꝗ et aſinũ ⁊ ouẽ
in ore gladij· Euadens aũt vnꝰ·filius achi
melech filij achitob·cuiꝰ nomen erat abia
tar: fugit ad dauid: ⁊ annũciauit ei ꝙ occi
diſſet ſaul ſacḋotes dñi Et ait dauid ad abi
atar· Sciebaȝ eñi in die illa: quod cũ ibi eſ
ſet doech ydumeꝰ · ꝓculdubio annũciaret
ſauli· Ego ſum reus omniũ animaꝝ patris
tui· Mane mecũ: ne timeas· Si quis queſie
rit animã meam queret et animã tuam me
cumꝗ ſeruaberis· CA· XXIII·

T annũciauerunt dauid·dicentes
e Ecce philiſtijm oppugnãt ceilam:
et diripiũt areas· Conſuluit ergo
dauid dñm dicens· Nũ vadam et ꝑcutiam
philiſteos iſtos? Et ait dominus ad dauid·
Vade et ꝑcuties philiſteos: et ſaluabis cei=
lam Et dixerũt viri qui erant cũ dauid ad
eum· Ecce nos hic in iudea ɔſiſtentes time=
mus: quãtomagis ſi ierimꝰ in ceilam adũ=
ſum agmina philiſtinoꝝ? Rurſum ergo da
uid ɔſuluit dominũ· Qui rñdens ait ei · Sur
ge et vade in ceila· Ego eñi tradã philiſte=
os in manu tua· Abijt ergo dauid et viri ei
us in ceila: et pugnauit adũſum philiſteos
Et abegit iumẽta eoꝝ: et ꝑcuſſit eos pla=
ga magna: ⁊ ſaluauit dauid hitatões ceile
Porro eo tpe quo fugiebat abiatar filius
achimelech ad dauid in ceilam: ephot ſecũ
habens deſcenderat· Nũciatũ eſt aũt ſaul:
ꝙ veniſſet dauid in ceilam· Et ait ſaul Tra
didit eũ dñs in manus meas· ɔcluſuſꝗ ẽ in
trogreſſus vrbem: in qua porte et ſere ſunt·
Et p̃cepit ſaul omni populo: vt ad pugnaȝ
deſcenderet in ceilã· et obſideret dauid ⁊ vi
ros eius· Qḋ cũ reciſſet dauid quia ꝑ̃para=
ret ei ſaul clam malũ: dixit ad abiathar ſac̃
dotem· Applica ephot· Et ait dauid· Dñe
deus iſrahel audiuit famã ſeruꝰ tuus ꝙ diſ
ponat ſaul venire ad ceilaȝ· vt euertat vrbẽ
ꝓpter me· Si tradent me viri ceile in manꝰ
eius: et ſi deſcendet ſaul ſic̃ audiuit ſeruꝰ tu
us: dñe deus iſrahel indica ſeruo tuo Et ait
dominꝰ· Deſcendet· Dixitꝗ rurſum dauid
Si tradent me viri ceile· ⁊ viros qui ſũt me
cũ in manꝰ ſaul? Et dixit dñs tradent Sur
rexit ergo dauid et viri eius quaſi ſexcẽti:
et egreſſi de ceila huc atꝗ illuc vagebãtur
incerti Nũciatumꝗ eſt ſaul ꝙ fugiſſet da=
uid de ceila et ſaluatus eſſet: quãobrem diſ
ſimulauit exire· Morabat̃ aũt dauid in de
ſerto in locis firmiſſimis: manſitꝗ in mõte
ſolitudinis ziph in mõte opaco· Querebat
eum tamẽ ſaul cũctis diebus: ⁊ nõ tradidit
eum dominꝰ in manus eius Et vidit dauid
ꝙ egreſſus eſſet ſaul: vt quereret animã ei
us· Porro dauid erat in deſerto ziph in ſil=
ua· Et ſurrexit ionathas filius ſaul et abijt
ad dauid in ſiluam: et ɔfortauit manus eiꝰ
in deo· dixitꝗ ei· Ne timeas· Neꝗ eñi inue=
niet te manus ſaul patris mei· Et tu regna
bis ſup iſrahel: et ego ero tibi ſecũdus · Sȝ
et pater meꝰ ſaul ſcit hoc· Percuſſit ergo
vterꝗ fedus corã domino· Manſitꝗ dauid i
ſilua: ionathas aũt reuerſus eſt in domũ ſu=
am· Aſcenderunt aũt ziphei ad ſaul in ga=
baa dicẽtes· Nõne ecce dauid latitat apḋ
nos in locis tutiſſimis ſilue in colle achille·
que eſt ad dexteram deſerti? Nunc ergo ſic̃
deſiderauit anima tua vt deſcenderes deſcẽ=
de: noſtrũ aũt erit vt tradamus eũ in manꝰ
regis· Dixitꝗ ſaul· Benedicti vos a domino:
quia doluiſtis vicem meaȝ· Abite ergo oro
et diligentiꝰ ꝑ̃parate· et curioſius agite: et
ɔſiderate locum vbi ſit pes eius: vel quis vi
derit eum ibi vbi dixiſtis· Recogitat eñi de
me: ꝙ callide inſidier ei· Conſiderate ⁊ vide
te omnia latibula eius in quibꝫ abſcondit̃:
et reũtimini ad me ad rem certaȝ· vt vadã
vobiſcũ· Qḋ ſi etiam in terram ſe obſtruxe=
rit ꝑſcrutabor eũ in cunctis milibus iuda·
At illi ſurgentes abierũt in ziph ante ſaul
Dauid aũt et viri eius erãt in deſerto maõ
in campeſtribꝫ · ad dexteraȝ ieſimuth· Juit
ergo ſaul et ſocij eius ad querendũ euȝ· Et
nũciatum eſt dauid: ſtatimꝗ deſcendit ad
petram et verſabat̃ in deſerto maon· Quod
cum audiſſet ſaul: ꝑſecutus eſt dauid in deſ̃
to maon· Et ibat ſaul ⁊ viri eiꝰ ad latꝰ mõ
tis ex parte vna: dauid aũt et viri eiꝰ erãt
in latere mõtis ex parte altera· Porro da
uid deſperabat ſe poſſe euadere a facie ſaul·
Itaꝗ ſaul et viri eius in modũ corone cin=
gebãt dauid et viros eius: vt caperẽt eos
Et nũcius venit ad ſaul dicens Feſtina ⁊ ve
ni: quoniã infuderũt ſe philiſtijm ſup terrã

Reuerſus eſt ergo ſaul deſiſtens pſequi da-
uid ⁊ perexit in occurſum philiſtinoꝝ. Pro
pter hͦ vocauerūt locū illū petrā diuidētē.

CA. XXIIII.

a Aſcēdit ergo dauid inde: ⁊ habita-
uit in locis tutiſſimis engaddi. Cū
qꝫ reuerſus eſſet ſaul poſtq̄ pſecut9 eſt phi
liſteos: nūciauerunt ei dicentes. Ecce da-
uid eſt in deſerto engaddi. Aſſumens ergo
ſaul tria milia electoꝝ viroꝝ ex omni iſra-
hel. perexit ad inueſtigandū. dauid ⁊ viros
eius: etiā ſup abꝛuptiſſimas petras que ſol
ibicibꝫ puie ſunt. et venit ad caulas ouium
que ſe offerebāt vianti. eratqꝫ ibi ſpelūca:
quā ingreſſus eſt ſaul vt purgaret ventrē.
Porro dauid ⁊ viri eius in interioꝛe parte
ſpelūce latebāt. Et dixerūt ſerui dauid ad
eū. Ecce dies de qua locutus eſt dn̄s ad te:
ego tradam tibi inimicū tuū vt facias ei ſi
cut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo
dauid et pcidit orā clamidis ſaul ſilent̄. P9
hec pcuſſit coꝛ ſuū dauid: eo q̄ abſcidiſſet
oꝛam clamidis ſaul. Dixitqꝫ ad viros ſuos
Propici9 ſit michi dn̄s ne faciam hanc rē
domio meo xp̄o dn̄i vt mittam manū meam
in eū: qa xp̄us dn̄i eſt. Viuit dn̄s: qꝛ niſi dn̄s
pcuſſerit eū. aut dies eius venerit vt moria
tur. aut deſcendens in p̄liū perierit: ꝓpicius
ſit michi dn̄s vt non mittam manū meā in
xp̄m dn̄i. Et ↄfregit dauid viros ſuos ſmo
nibus iſtis: et non pmiſit eos vt ↄſurgerēt
in ſaul. Porro ſaul exſurgens de ſpelūca ꝓ
gebat cepto itinere. Surrexit aūt dauid
poſt eū: ⁊ egreſſus de ſpelūca clamauit poſt
tergū ſaul dicens. Dn̄e mi rex. Et reſpexit
ſaul poſt ſe: et inclinās ſe dauid ꝓnus in ter
rā adoꝛauit. Dixitqꝫ ad ſaul. Quare audis
verba hominū loquentiū: dauid querit ma-
lum aduſum te? Et ecce hodie viderūt ocu
li tui. q̄ tradiderit te dn̄s in manu mea i ſpe
lunca: et cogitaui vt occiderem te: ſed pep
cit tibi oculus meus. Dixi em̄. Non exten-
dam manū meā in dn̄m meum: quia xp̄us
dn̄i eſt. Quin pocius pater mi vide ⁊ cogno
ſce oꝛā clamidis tue in manu mea: quomo
do cū preciderem ſūmitatem clamidis tue.
nolui extendere manū meam in te. Animad-
uerte ⁊ vide: quoniā nō ē in manu mea ma-
lū neqꝫ iniquitas: neqꝫ peccaui in te. Tu au
tem inſidiaris anime mee: vt auferas eam
Iudicet dn̄s inter me et te: et vlciſcat̄ me
dn̄s ex te: man9 aūt mea non ſit in te ſicut
dicit̄ in ꝓuerbio antiquo. Ab impijs egre-
dietur impietas. Manus ergo mea nō ſit in
te. Quem pſequeris rex iſrahel quē pſeque
ris? Canem moꝛtuū pſequeris: et pulicem
vnū. Sit dn̄s iudex et iudicet inter me et
te: et videat et iudicet cauſam meā: et eru-
at me de manu tua. Cū aūt compleſſet da-
uid loquēs ſermōes huiuſcemodi ad ſaul:
dixit ſaul. Nūquid hec vox tua eſt fili mi da
uid? Et leuauit ſaul vocem ſuā: et fleuit: di
xitqꝫ ad dauid. Iuſtioꝛ tu es q̄ ego. Tu ei
tribuiſti michi bona: ego autē reddidi tibi
mala. Et tu indicaſti michi hodie que fece-
ris michi bona: quomodo tradiderit me dn̄s
in manu tua. Et nō occideris me. Quis em̄
cū inuenerit inimicū ſuū dimittet eū in via
bona? Sed dn̄s reddat tibi viciſſitudinem
hanc: ꝓ eo quod hodie opatus es in me. Et
nūc quia ſcio q̄ certiſſime regnatur9 ſis et
habiturus in manu tua regnū iſrahel. iura
michi in dn̄o ne deleas ſemen meū poſt me:
neqꝫ auferas nomē meū de domo pr̄is mei.
Et iurauit dauid ſauli. Abijt ergo ſaul i do
mū ſuam: et dauid et viri eius aſcenderunt
ad tutioꝛa loca.

CA. XXV.

m Moꝛtu9 eſt aūt ſamuel: et ↄgrega-
tus eſt vniūſus iſrahel et planxe-
runt eū nimis: et ſepelierūt eum in
domo ſua in ramatha. Cōſurgenſqꝫ dauid:
deſcendit in deſertū pharan. Erat aūt vir
quiſpiam in ſolitudine maon: et poſſeſſio ei
us in carmelo: et homo ille magnus nimis:
erātqꝫ ei oues tria milia et mille capre. Et
accidit vt tonderet̄ grex eius in carmelo.
Nomen aūt viri illius erat nabal: et nomē
vxoꝛis ei9 abigail. Eratqꝫ mulier illa pru-
dentiſſima: et ſpecioſa. Porro vir ei9 durus
et peſſim9: et malicioſus. Erat aūt de gene
re caleph. Cū aūt audiſſet dauid in deſto
q̄ tonderet nabal gregem ſuū: miſit decem
iuuenes et dixit eis. Aſcendite in carmelū:
et venietis ad nabal et ſalutabitis eum: ex
noīe meo pacifice: et ſic dicetis. Sit fra-
tribus meis et tibi pax et domui tue pax: ⁊
omnibus quecūqꝫ habes ſit pax. Audiui q̄
tonderent paſtores tui greges tuos q̄ erāt
nobiſcū in deſerto. Nūq̄ eis moleſti fuim9:
nec aliquādo defuit eis q̄cq̄ de grege omni

tempoꝛe quo fuerit nobiſcū in carmelo In-
terroga pueros tuos ⁊ idicabūt tibi Nūc
ergo inueniant pueri tui gratiā in oculis
tuis· In die em̄ bona venimꝰ ad te ·Quod-
cūqꝫ inuenerit manꝰ tua da ſeruis tuis· ⁊ fi
lio tuo dauid· Cūqꝫ veniſſent pueri dauid·
locuti ſunt ad nabal omnia verba hec ex no
mine dauid· et ſiluerūt· Rn̄dens autē nabal
pueris dauid ait· Quis eſt dauid ⁊ quis eſt
filius yſai? Hodie increuerūt ſerui : q̄ fugi
unt dominos ſuos· Tollā ergo panes meos
et aquas meas et carnes pecoꝝ que occidi
tonſoribꝰ meis: et dabo viris quos neſcio
vnde ſunt? Regreſſi ſunt aūt pueri dauid ꝑ
viam ſuā: et reuerſi venerunt· et annūciaue
rūt ei om̄ia verba que dixerat nabal· Tūc
ait dauid pueris ſuis Accingat̄ vnuſquiſqꝫ
gladio ſuo· Et accīcti ſunt ſinguli gladijs
ſuis· Accinctuſqꝫ eſt et dauid enſe ſuo: ⁊ ſe
cuti ſunt dauid quaſi quadringēti viri Po
ro ducenti manſerūt ad ſarcinas· Abigail
aūt vxoꝛi nabal· nūciauit vnꝰ de pueris ſu-
is dicens· Ecce dauid miſit nūcios de deſerto
vt benedicerent dn̄o noſtro: et aduerſatꝰ ē
eos· Homīes iſti boni ſatis fuerūt nobis et
non moleſti: nec quicq̄ꝫ aliquādo perijt om̄i
tempe quo fuimꝰ ↄuerſati cū eis i deſerto·
ꝓ muro erant nobis tam in nocte q̄ꝫ in die
omnibꝫ diebus quibus pauimus apud eos
greges· Quāobrem ↄſidera et recogita q̄d
facias: quoniā completa eſt malicia adūſū
virum tuū et aduerſum domū tuam: et ipe
filius eſt belial· ita vt nemo poſſit ei loqui·
Feſtinauit igitur abigail· et tulit ducētos
panes· et duos vtres vini et quīqꝫ arietes
coctos et quīqꝫ ſata polente: et centū liga-
ttas vuepaſſe· et ducētas maſſas caricarū·
⁊ poſuit ſup aſinos: dixitqꝫ pueris ſuis Pre
cedite me: et ecce ego pꝰ tergū ſequar vos
Viro aūt ſuo nabal non indicauit Cū ergo
aſcendiſſet aſinū et deſcenderet ad radicem
mōtis: dauid et viri eius deſcendebāt in oc
curſum eius· Quibꝫ et illa cucurrit · Et ait
dauid Vere fruſtra ſeruaui omnia que hu-
jus erant in deſerto: et non perijt quicq̄ꝫ ꝺ cū
ctis que ad eū ptinebant: et reddidit mihi
malū pro bono· Hec faciat dn̄s inimicis da
uid et hec addat: ſi reliquero de omnibꝫ que
ad eum ptinent vſqꝫ mane mingentem ad
parietem· Cū aūt vidiſſet abigail dauid fe
ſtinauit et deſcendit de aſino: ⁊ ꝓcidit corā
dauid ſup faciem ſuā ⁊ adoꝛauit ſup terrā:
et cecidit ad pedes eiꝰ et dixit· In me ſit do
mine mi hec iniq̄tas· Loquat̄ obſecro ancilla
tua i auribꝫ tuis: et audi ūba famle tue Ne
ponat oꝛo dn̄s meus rex coꝛ ſuū ſup virum
iſtum iniquū nabal· quoniā ſcd̄m nomen ſu
um ſtultus eſt: et eſt ſtulticia cū eo Ego au
tē ancilla tua nō vidi pueros tuos dn̄e mi:
quos miſiſti· Nūc ergo dn̄e mi viuit dominꝰ
et viuit anima tua q̄ ꝓhibuit te ne venires
in ſanguinem: et ſaluauit manū tuā tibi· Et
nūc fiant ſic nabal inimici tui: ⁊ qui querūt
dn̄o meo malū· Quapropter ſuſcipe benedi
ctiōem hanc quā attulit ancilla tua tibi do
mino meo: et da pueris qui ſequūtur te dn̄m
meū· Aufer iniquitatem famule tue· Faci-
ens em̄ faciet dn̄s tibi domino meo domū fi-
delem quia prelia dn̄i domine mi tu preliaris
Malicia ergo non inueniatur in te: omnibꝫ
diebus vite tue· Si em̄ ſurrexerit aliquādo
homo pſequens te vel querens animā tuā·
erit anima dn̄i mei cuſtodita quaſi in faſci-
culo viuentiū apud dominū deum tuū · Poꝛ
ro inimicoꝝ tuoꝛum anima rotabitur: qua
ſi in impetu et circulo funde· Cum ergo fe-
cerit tibi dominꝰ domino meo om̄ia hec que
locutus eſt bona de te· et ↄſtituerit te ducē
ſup iſrahel: non erit tibi hoc in ſingultū ⁊ in
ſcrupulum coꝛdis domino meo q̄ꝫ effuderis ſa
guinem innoxiū : aut ipſe te vltus fueris·
Et cū benefecerit dn̄s domino meo· recoꝛda
beris ancille tue: et tu benefacies ei· Et ait
dauid ad abigail· Benedictꝰ dn̄s deus iſra
hel q̄ miſit te hodie in occurſū meū: et bn̄di
ctum eloquiū tuum: et benedicta tu que ꝓ-
prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem
et vlciſcerer me manu mea Alioquin viuit
dn̄s deus iſrahel· qui ꝓhibuit me ne malum
facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſū mi
hi· nō remanſiſſet nabal vſqꝫ ad lucem ma-
tutinam mingens ad parietē· Suſcepit er
go dauid de manu eius· om̄ia que attulerat
ei: dixitqꝫ ei· Vade pacifice in domū tuam·
Ecce audiui vocem tuā: et honoraui faciē
tuam· Venit aūt abigail ad nabal· Et ecce
erat ei conuiuiū in domo eius quaſi ↄuiuiū
regis: et coꝛ nabal iocūdum· Erat em̄ ebri
us nimis: et non indicauit ei verbū puſillum
aut grande· vſqꝫ mane· Diluculo autem cū

digeſſiſſꝫ vinū nabal: indicauit ei vxoꝛ ſua
verba hec. Et emoꝛtuū eſt coꝛ eius intrinſe
cus: et factus eſt quaſi lapis Cūq; ꝑtranſiſ
ſent decem dies: ꝑcuſſit dn̄s nabal ⁊ moꝛtu
us eſt. Quod cū audiſſet dauid moꝛtuū eſſe
nabal. ait Benedictꝰ dn̄s qui iudicauit cau
ſam opꝓbrij mei de manu nabal: et ſeruū
ſuū cuſtodiuit a malo: et maliciā nabal red
didit dn̄s in caput eiꝰ. Miſit ergo dauid ⁊
locutus eſt ad abigail: vt ſumeret eam ſibi
in vxoꝛem. Et venerūt pueri dauid ad abi-
gail in carmelū: et locuti ſunt ad eam dicē
tes Dauid miſit ad te: vt accipiat te ſibi in
vxoꝛem. Que conſurgens adoꝛauit ꝓna in
terram: et ait. Ecce famula tua ſit in ancil
lam: vt lauet pedes ſeruoꝝ dn̄i mei. Et feſti
nauit et ſurrexit abigail et aſcendit ſup aſi
num: et quiq; puelle ierūt cū ea pediſſeque
eius. Et ſecuta eſt nūcios dauid ⁊ facta eſt
illi vxoꝛ Sed et achinoen accepit dauid de
ieſrahel: et fuit vtraq; vxoꝛ eius. Saul aūt
dedit michol filiā ſuā vxoꝛeꝫ dauid falthi fi
lio lais: qui erat de gallim. CA. XXVI.

Et venerūt ziphei ad ſaul in gabaa
dicentes. ecce dauid abſcōditus ē
in colle achille: que eſt ex aduerſo
ſolitudinis. Et ſurrexit ſaul et deſcendit in
deſertū ziph. et cū eo tria milia viroꝛuꝫ de
electis iſrahel: vt quereret dauid in deſerto
ziph. Et caſtrametatꝰ ē ſaul i gabaa achil
le: que erat ex adūſo ſolitudinis in via. Da
uid aūt habitabat in deſerto. Videns autē
ꝙ veniſſet ſaul poſt ſe in deſertū: miſit explo
ratoꝛes et didicit ꝙ illuc veniſſet certiſſime
Et ſurrexit dauid clam: ⁊ venit ad locū vbi
erat ſaul. Cūq; vidiſſet locū in quo doꝛmie
bat ſaul et abner filius ner pꝛincipem mili-
tie eius. et ſaulem doꝛmienteꝫ in tentoꝛio ⁊
reliquū vulgꝰ ꝑ circūitum eius: ait dauid
ad achimelech etheum et abiſai filiū ſaruie
fratrem ioab dicens. Quis deſcendet mecū
ad ſaul in caſtra? Dixitq; abiſai Ego deſcē
dam tecū Venerūt ergo dauid ⁊ abiſai ad
populū nocte: et inuenerūt ſaul iacentem ⁊
doꝛmientem in tentoꝛio. et haſtam fixā in
terra ad caput eius: abner aūt et populum
doꝛmientes in circūitu eius. Dixitq; abiſai
ad dauid. Concluſit deꝰ inimicū tuuꝫ hodie
in manꝰ tuas. Nunc ergo ꝑfodiam eū lan
cea in terra ſemel. et ſecūdo opus non erit

Et dixit dauid ad abiſai. Ne interficias eū
Quis enī extendet manū ſuam in xp̄m domi
ni: et innocens erit? Et dixit dauid. Viuit
dn̄s: q̄a niſi dn̄s ꝑcuſſerit eū aut dies eius
venerit vt moꝛiatur. aut in p̄lium deſcēdēs
perierit: ꝓpicius ſit michi dominꝰ ne exten-
dam manū meam in criſtum dn̄i. Nūc igit̄
tolle haſtam que eſt ad caput eiꝰ ⁊ ſciphū
aque: et abeamus. Tulit igitur dauid ha-
ſtam ⁊ ſciphū aque qui erat ad caput eiꝰ:
et abierūt. Et non erat quiſq̄ꝫ qui videret
et intelligeret et euigilaret: ſed omnes doꝛ
miebant: quia ſopoꝛ dn̄i irruerat ſuper eos
Cūq; tranſiſſet dauid ex aduerſo. et ſtetiſ
ſet in vertice mōtis delonge et eſſet grāde
interuallū inter eos: clamauit dauid ad po
pulum et ad abner filiū ner dicens. Nonne
reſpondebis abner? Et reſpōdens abner ait
Quis es tu qui clamas: et inquietas regē?
Et ait dauid ad abner. Nūq̄d nō vir tu es?
Et quis alius ſimilis tui in iſrahel? Quare
ergo non cuſtodiſti dominū tuū regeꝫ? In
greſſus eſt enī vnꝰ de turba: vt interficeret
regem dominū tuū. Non eſt bonum hoc q̄d
feciſti. Viuit dn̄s quoniā filij moꝛtis eſtis
vos: quia non cuſtodiſtis dominū veſtrū cri
ſtum dn̄i. Nunc ergo vide vbi ſit haſta re-
gis ⁊ vbi ſit ſciphus aque q̄ erat ad caput
eius. Cognouit aūt ſaul vocem dauid: et di
xit. Nūquid h̄ vox tua fili mi dauid. Et ait
dauid. Vox mea dn̄e mi rex. Et ait. Quam
ob cauſam dominꝰ meus ꝑſequitur ſeruum
ſuū? Quid feci: aut quod eſt malū in manu
mea? Nūc ergo audi oꝛo dn̄e mi rex verba
ſerui tui Si dn̄s incitat te adūſum me: odo
retur ſacrificiū. Si aūt filij hominū: maledi
cti ſūt in ꝯſpectu dn̄i qui eiecerūt me hodie
vt non habitem in hereditate dn̄i dicentes
Vade ſerui dijs alienis Et nūc non effunda
tur ſanguis meꝰ in terra coꝛam dn̄o: quia
egreſſus eſt rex iſrahel vt quereret puliceꝫ
vnū ſicut ꝑſequitur ꝑdix in montibus. Et
ait ſaul. Peccaui. Reuertere fili mi dauid
Nequaq̄ꝫ enī vltra tibi malefaciā. eo ꝙ p̄ci
oſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie.
Apparet enī ꝙ ſtulte egerim. et ignoꝛaue-
rim multa nimis. Et rn̄dens dauid ait. Ec-
ce haſta regis: tranſeat vnus de pueris re-
gis et tollat eam. Dn̄s autē retribuet vni-
cuiq;: ſcd̄m iuſticiā ſuā et fidem. Tradidit

eũ te dñs hodie in manũ meam: et nolui ex
tendere manũ meam in xp̃m dñi. Et ſic̃ ma
gnificata eſt anima tua hodie in oculis me-
is: ſic magnificetur anima mea in oculis
domini: ⁊ liberet me de omni ãguſtia. Ait er
go ſaul ad dauid. Bñdict9 tu fili mi dauid
Et q̃dem faciens facies: et potens poteris.

CA. XXVII.

a Dixit aũt dauid in viã ſuam: ⁊ ſaul
reuerſus eſt in locũ ſuũ. Et ait da
uid in corde ſuo. Aliquãdo incidam vna die
in man9 ſaul. Nõne melius eſt vt fugiam ⁊
ſaluer in terra philiſtiorũ: vt deſperet ſaul.
ceſſetq; me querẽ i cũctis finib9 iſrahel. Fu
giam ergo man9 eius. Et ſurrexit dauid: ⁊
abijt ipſe et ſexcenti viri cũ eo ad achis fi
liũ maoch regẽ geth. Et habitauit dauid
cũ achis i geth: ipſe ⁊ viri ei9: et dom9 ei9
⁊ due vxões ei9. achinoẽ ieſrahelitis. ⁊ abi
gail vxor nabal carmeli. Et nunciatum eſt
ſaul q̃ fugiſſet dauid in geth: et non addi
dit vltra querere eum. Dixit aũt dauid ad
achis. Si inueni gratiã in oculis tuis detur
michi locus in vna vrbiũ regionis hui9 vt
habitẽ ibi. Cur ei manet ſeru9 tu9 i ciuita
te regiſ tecũ? Dedit itaq; ei achis ĩ die illa
ſicelech. Propter quã cauſam facta eſt ſi
celech regũ iuda: vſq; in diem hãc. Fuit
aũt numer9 dierũ quibus habitauit dauid
in regione philiſtinorũ quatuor mẽſib9. Et
aſcendit dauid et viri ei9: et agebãt p̃das
de geſuri: et de gezre. et de amalechitis. Hi
eñ pagi habitabãt in terra antiquit9. eun
tibus ſur vſq; ad terram egipti. Et pcuti
ebat dauid oẽm terrã illorũ nec relinque-
bat viuentem virũ et mulierem: tollenſq;
oues et boues et aſinos et camelos ⁊ veſtes
reuertebat̃: et venit achis. Dicebat aũt ei
achis. In quẽ irruiſtis hodie. Rñdebat da
uid otra meridiem iude et otra meridiẽ hie
ramel: et contra meridiem ceni. Virũ ⁊ mu
lierẽ nõ viuificabat dauid: nec adducebat
in geth dicens: ne forte loquant̃ aduerſũ
nos. Hec fecit dauid: ⁊ hoc erat decretũ illi
omnibus dieb9 quibus habitauit in regio-
ne philiſtinorũ. Credidit ergo achis dauid
dicens. Multa mala opatus ẽ otra populũ
ſuũ iſrl̃. Erit igitur m̃ ſeruus ſempitern9.

CAPI. XXVIII.

f Actũ eſt aũt in diebus illis: ogre
gauerũt philiſthijm agmina ſua vt p̃para-
rentur ad bellũ cõtra iſrahel. Dixitq; achis
ad dauid. Sciens nunc ſcito: quoniã mecũ
egredieris in caſtris. tu et viri tui. Dixitq;
dauid ad achis. Nũc ſcies que factur9 ẽ ſ-
uus tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego cu
ſtodem capitis mei ponam te cũctis diebus
Samuel aũt mortu9 eſt planxitq; eũ omis
iſrahel: et ſepelierunt eum ramatha in vr-
be ſua. Et ſaul abſtulit magos et ariolos de
terra: et interfecit eos qui phitones habe
bant in ventre. Congregatiq; ſunt philiſti
im et venerũt et caſtrametati ſunt in ſunã
Congregauit aũt et ſaul vniũſum iſrahel:
et venit in gelboe. Et vidit ſaul caſtra phili
ſtijm et timuit: et expauit cor ei9 nimis. Cõ
ſuluitq; dñm: et non rñdit ei neq; p ſomnia
neq; p ſacerdotes neq; per p̃phetas. Dixitq;
ſaul ſeruis ſuis. Querite michi mulierẽ ha-
bentem phitonem: et vadam ad eam ⁊ ſci
ſcitabor p illam. Et dixerũt ſerui eius ad eũ
Eſt mulier phitonem habens in endor. Mu
tauit ḡ habitum ſuũ. veſtituſq; eſt alijs ve
ſtimentis: et abijt ipſe et duo viri cum eo:
veneruntq; ad mulierem nocte. et ait illi. Di
uina michi in phitone: et ſuſcita michi quẽ
dixero tibi. Et ait mulier ad eũ. Ecce tu no
ſti quanta fecerit ſaul: et quomodo eraſerit
magos et ariolos de terra. Quare ergo inſi
diãis anime mee vt occidar? Et iurauit ei
ſaul in dño dicens. Viuit dñs: quia non eue
niet tibi quicq̃ mali p̃pter hanc rem. Dix
itq; ei mulier. Quẽ ſuſcitabo tibi? Qui ait
ſamuelem ſuſcita michi. Cũ aũt vidiſſet mu
lier ſamuelem: exclamauit voce magna: et
dixit ad ſaul? Quare impoſuiſti michi tu es
eñ ſaul. Dixitq; ei rex. Noli timere. Quid
vidiſti? Et ait mulier ad ſaul. Deos vidi aſ
cendentes de terra. Dixitq; ei. Qualis eſt
forma eius? Que ait. Vir ſenex. aſcendit: et
ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit ſaul q̃
ſamuel eſſet: et inclinauit ſe ſup faciem ſuã
in terra: et adorauit. Dixit autẽ ſamuel ad
ſaul. Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer?
Et ait ſaul. Coartor nimis. Siquidem phi
liſthijm pugnãt aduerſum me. et de9 receſſit
a me: et exaudire me noluit neq; in manu p
phetarũ neq; p ſomnia. Vocaui ergo te: vt
oſtendas michi quid faciam. Et ait ſamuel
Quid interrogas me cũ dñs receſſerit a te



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et tranſierit ad emulū tuū· Faciet eñ tibi
dominꝰ· ſicut locutus eſt in manu mea: et ſcin
det regnū tuū de manu tua· ⁊ dabit illud ꝓ
ximo tuo dauid: quia non obediſti voci dñi·
neq; feciſti iram furoris eiꝰ in amalech Jd
circo quod pateris fecit tibi dñs hodie: et
dabit dñs etiam iſrahel tecū in manu phili
ſtijm· Cras aūt tu et filij tui mecū eritis: ſ;
et caſtra iſrahel tradet dñs in manus phili
ſtijm· Statimq; ſaul cecidit porrectꝰ in ter
ram· Extimuerat eñ verba ſamuelis et ro-
bur non erat in eo: quia non comederat pa
nem tota die illa· Jngreſſa eſt itaq; mulier
illa ad ſaul· Conturbatꝰ eñ erat valde Di
xitq; ad eum· Ecce obediuit ancilla tua vo
ci tue· et poſui animā meā in manu tua: et
audiui ſmones tuos quos locutꝰ es ad me
Nunc igitur audi et tu vocem ancille tue:
et ponam coram te buccellā panis vt come
dens cōualeſcas: et poſſis iter agere· Qui
renuit· et ait· Non comedam· Coegerūt
aūt eum ſerui et mulier: et tandem audita
voce eorū ſurrexit de terra: et ſedit ſuper le
ctum· Mulier aūt illa habebat vitulum pa
ſcualem in domo: et feſtinauit ⁊ occidit eū
Tollenſq; farinā miſcuit eā ⁊ coxit azima:
et poſuit ante ſaul et ante ſeruos eius· Qui
cum comediſſent ſurrexerūt et ambulaue-
runt per totam noctem illam·

CA· XXIX·

c Ongregata ſunt ergo agmina phi
liſtijm vniuerſa agmina in aphec·
Sed et iſrahel caſtrametatus eſt ſuper fon
tem qui erat in ieſrahel· Et ſatrape quidā
philiſtijm incedebant in cēturijs et milibꝰ:
dauid aūt et viri eius erant i nouiſſimo ag
mine cū achis· Dixerūtq; principes phili-
ſtijm ad achis· Quid ſibi volunt hebrei iſti·
Et ait achis ad principes philiſtijm· Nun-
quid ignoratis dauid qui fuit ſeruꝰ ſaul re
gis iſrahel et eſt apud me multis diebꝰ vel
annis? Et nō inueni in eo quicq̄ ex die qua
tranſfugit ad me: vſq; ad diem hanc· Jra-
ti ſūt aūt aduerſus eū principes philiſtijm:
et dixerūt ei· Reuertatur vir et ſedeat in lo
co ſuo in quo cōſtituiſti eum: et nō deſcen-
dat nobiſcum in ꝓlium: ne fiat nobis aduer
ſarius cū ꝓliari ceperimus· Quomodo eñ
aliter poterit placare dominū ſuū: niſi in ca-
pitibus noſtris? Nōne iſte eſt dauid cui cā

tabant in choris dicentes ꝑcuſſit ſaul in mi
libus ſuis: et dauid in decē milibꝰ ſuis? Vo
cauit ergo achis dauid: et ait ei· Viuit dñs
quia rectus es et bonus in ɔſpectu meo: et
exitus tuus et introitus tuꝰ mecū eſt in ca
ſtris· Et nō inueni in te quicq̄ mali· ex die
qua veniſti ad me vſq; in diem hanc: ſed ſa
trapis non places· Reuertere ergo et vade
in pace: et non offendas oculos ſatraparū
philiſtijm· Dixitq; dauid ad achis Quid eī
feci: et quid inueniſti in me ſeruo tuo a die
qua fui in ɔſpectu tuo vſq; in diem hanc· vt
non veniam et pugnem ɔtra inimicos domi
ni mei regis? Reſpondens aūt achis· locutꝰ eſt
ad dauid· Scio quia bonus es tu in oculis
meis ſicut angelus dei: ſed principes philiſtio
rum dixerūt· Non aſcendet nobiſcū in ꝓliū
Jgitur conſurge mane tu et ſerui dñi tui
qui venerūt tecum: et cū de nocte ſurrexeri-
tis et ceperit diluceſcere ꝑgite· Surrexit
itaq; de nocte dauid ipſe et viri eiꝰ: vt ꝓfi-
ciſcerent̄ mane et reuerterētur in t̄ram phili
ſtijm· Philiſtijm aūt aſcenderūt in ieſrahel

CA· ·XXX

c Vmq; veniſſēt dauid et viri eius in
ſicelech die tercia: amalechite im-
petum fecerūt ex ꝑte auſtrali in ſicelech:
et ꝑcuſſerant ſicelech et incenderunt eam
igni· Et captiuas duxerūt mulieres ex ea
a minimo vſq; ad magnū: et non interfece
rūt quemq̄: ſed ſecum duxerūt et ꝑgebāt
itinere ſuo· Cum ergo veniſſēt dauid et vi
ri eiꝰ ad ciuitatē et inueniſſent eam ſuccen
ſā igni et vxores ſuas et filios ſuos ⁊ filias
ductas eſſe captiuas: leuauerunt dauid et
ꝑplus qui erat cū eo voces ſuas: et planxe-
rūt donec deficerent in eis lacrime Siquidē
et due vxores dauid captiue ducte fuerāt:
achinoem iſrahelites ⁊ abigail vxor nabal
carmeli· Et ɔtriſtatus eſt dauid valde· Vo
lebat eñ eum populus lapidare: quia ama-
ra erat anima vniuſcuiuſq; viri ſup filijs ſu
is et filiabus· Confortatus eſt aūt dauid i
dño deo ſuo: et ait ad abiatar ſacerdotem fi
lium achimelech Applica ad me ephot· Et
applicauit abiatar ephot ad dauid: ⁊ conſu
luit dauid dominū dicens· ꝑſequar latrun-
culos hos et comprehendā eos an nō? Di
xitq; ei dñs Perſequere: abſq; dubio enim
comp̄hendes eos: et excuties predā· Abijt

ergo dauid· ipſe et ſexcenti viri qui erant
cū eo ⁊ venerūt vſqꝫ ad torrentē beſor: ⁊ laſ
ſiquidē ſubſiſterēt· Perſecut⁹ ē aūt dauid:
ipſe et q̄dringenti viri cū eo: ſubſiſterāt eñ
ducenti: qui laſſi tranſire nō poterāt torren
tē beſor Et inuenerūt virū egiptiū in agro:
et adduxerūt eum ad dauid· Dederūtqꝫ ei
panē vt comederet ⁊ biberet aquā ſꝫ ⁊ frag
mē maſſe cariacaꝝ ⁊ duas ligatas vuepaſ
ſe· Qui cū comediſſet reuſus eſt ſpūs eius:
et refocillatus eſt· Non enim comederat
panem neqꝫ biberat aquam tribus diebus·
et tribus noctib⁹· Dixit itaqꝫ ei dauid Cu
ias es tu vel vnde: et quo pergis? Qui ait·
Puer egiptius ego ſum: ſeruus viri ama-
lechite· Dereliq̄t aūt me dn̄s meus: q̄a eg
tare cepi nudiuſterci⁹· Siq̄dem nos erupi-
m⁹ ad auſtralē plagā cerethi et ↄtra iudā
et ad meridiē caleph: ⁊ ſicelech ſuccēdim⁹
igni· Dixitqꝫ ei dauid· Potes me ducere
ad iſtū cuneū? Qui ait· Iura michi p deū:
ꝙ nō occidas me: ⁊ nō tradas me in man⁹
dn̄i mei: et ego ducā te ad cuneū iſtū· Et
iurauit ei dauid· Qui cū duxiſſet eū: ecce il
li diſcūbebāt ſup faciē vniuſe t̄re· comeden
tes ⁊ bibentes ⁊ q̄ſi feſtū celebrātes diē ꝑ
cūcta p̄da et ſpolijs que ceperāt de t̄ra phili
ſtijm: et de t̄ra iuda· Et ꝑcuſſit eos dauid a
veſpa vſqꝫ ad veſpam alteri⁹ diei: et nō eua
ſit ex eis quiſq̄ñ tm̄ q̄dringenti viri adoleſ-
cētes q̄ aſcēderāt camelos ⁊ fugerāt Eru
it ergo dauid oīa que tulerāt amalechite:
et duas vxōes ſuas eruit nec defuit quiſq̄
a puo vſqꝫ ad magnū tā de filijs q̄ de filia-
bus et de ſpolijs: et quecūqꝫ rapuerāt oīa re
duxit dauid: ⁊ tulit vniuſos gregeſ ⁊ armē
ta et minauit añ faciē ſuā· Dixerūtqꝫ· Hec
eſt p̄da dauid· Venit āt dauid ad ducētos
viros qui laſſi ſubſiſterāt nec ſequi poterāt
dauid: et reſidere eos iuſſerat in torrēte be-
ſor· Qui egreſſi ſūt obuiā dauid: ⁊ ꝑplo qui
erat cū eo Accedens aūt dauid ad ꝑplm̄: ſa
lutauit eos pacifice Rn̄denſqꝫ oīs vir peſſi-
m⁹ et iniqu⁹ de viris qui erāt cū dauid di-
xit· Quia nō venerūt nobiſcū nō dabimus
eis q̄cq̄ de p̄da quā eruim⁹ ſꝫ ſufficiat vni-
cuiqꝫ vxor ſua ⁊ filij: quos cū acceperint: re
cedāt· Dixit aūt dauid· Nō ſic facietis fra
tres mi de his q̄ t̄didit nobis dn̄s ⁊ cuſtodi
uit nos: et dedit latrūculos q̄ eruperaut ad
uerſū vos in man⁹ nr̄as: nec audiat vos qui
ſq̄ ſup ſmone hoc Eq̄ ei ps erit deſcēdentis
ad p̄liū ⁊ remanētis ad ſarcinas: ⁊ ſimilt̄ di
uident Et f c̄m eſt h̄ ex die illa ⁊ deinceps ↄ-
ſtitutū ⁊ p̄finitū ⁊ q̄ſi lex in iſrl̄: vſqꝫ in diē
hāc Venit g̃ dauid in ſicelech: et miſit dona
d̄ p̄da ſenioribꝫ iuda ꝓximis ſuis dicēs Ac
cipite bn̄dictiōem de p̄da hoſtiū dn̄i· His q̄
erāt in bethel· ⁊ q̄ in ramoth ad meridiē: et
q̄ in gether· ⁊ q̄ in aroer· et q̄ in ſephamot·
et q̄ in eſthama· ⁊ qui in rachel· ⁊ q̄ in vrbi
bus iherāeli· ⁊ qui in vrbibꝫ ceni· et q̄ i ra
ma· ⁊ qui in lacu aſan: et q̄ in athach· et q̄ i
ebron et reliq̄s qui erāt in his locis in q̄bꝫ
ↄmorat⁹ ē dauid ⁊ viri ei⁹· CA· XXXI·

Philiſtijm aūt pugnabāt aduſū iſrl̄
Et fugerūt viri iſrl̄ añ faciē phili-
ſtijm: ⁊ ceciderūt inter̄fecti in monte
gelboe· Irruerūtqꝫ philiſtijm in ſaul ⁊ in fi
lios eius: ⁊ ꝑcuſſerūt ionathā· ⁊ ammadab
et melchiſue filios ſaul: totūqꝫ pondus p̄lij
v̄ſū eſt i ſaul· Et ↄſecuti ſūt eū viri ſagitta
rij: et vulnerat⁹ eſt vehement̄ a ſagittarijs·
Dixitqꝫ ſaul ad armigerū ſuū Euagia gla
diū tuū et inter̄fice me: ne forte veniāt incir-
cūciſi iſti ⁊ inter̄ficiant me illudētes m̄· Et no
luit armiger ei⁹: fuerat eñ nimio t̄rore pt̄
ritus Arripuit itaqꝫ ſaul gladiū ſuū: ⁊ irru
it ſup eū· Qd̄ cū vidiſſet armiger ei⁹ videli
cet ꝙ mortu⁹ eſſet ſaul: irruit etiā ipſe ſup
gladiū ſuū ⁊ mortu⁹ eſt cū eo· Mortu⁹ eſt
aūt ſaul ⁊ tres filij eius et armiger illius: et
vniūſi viri ei⁹ in die illa parit̄· Videntes āt
filij iſrl̄ q̄ erāt trās vallē ⁊ trans iordanen
ꝙ fugiſſēt viri iſrlite· ⁊ ꝙ mortu⁹ eſſet ſaul
et tres filij ei⁹: reliq̄rūt ciuitates ſuas ⁊ fu-
gerūt Venerūtqꝫ philiſtijm: ⁊ habitauerūt ibi
Factū eſt die altera venerūt philiſtijꝫ vt ex
poliarēt inter̄fectos: ⁊ iuenerūt ſaul ⁊ tres fi
lios ei⁹ iacētes in mōte gelboe· Et p̄ciderūt
caput ſaul et expoliauerūt eū armis: ⁊ miſe
rūt in t̄ram philiſtinoꝝ p circuitū: vt anū-
ciaret̄ in t̄eplo ydoloꝝ ⁊ in ꝑplis Et poſuerūt
arma ei⁹ in t̄eplo aſtaroth: corp⁹ vero eius
ſuſpenderūt in muro bethſan· Qd̄ cū vidiſſēt
hitatores iabes galaad q̄cūqꝫ fecerāt phili
ſtijꝫ ſaul: ſurrexerūt oēs viri fortaſſimi ⁊ āba
lauerūt tā nocte ⁊ tulerūt cadaūa ſaul ⁊ cada
uera filioꝝ ei⁹ d̄ muro bethſā Venerūtqꝫ vi
ri iabes galaad: ⁊ ↄbuſſerūt ea igni ⁊ tulerūt
oſſa eoꝝ et ſepelierūt in nemore iabes et ie-
iunauerūt ſeptem diebus·

26
108